Acida Corros: / Sp. Vitrioli, Sp: Sulphuris.

Resinas, ut Jalappam, Sp. Vini solvitur. Barneri praef. p. 5.

Fermentant acida et alkalia seu salia, et acida subtilia ex acidis crassis ingressis subtilibus concedentibus. ut Æ et ol: ♀ per deliquium, ut Æ et Sp: ✳ci,

Pinguedo constat partis oleosis et sulphureis.

Resina Jallap: mechoac. Dos: a gr: X ad XV.

Terebinth: est resina liquida, et ea et omnes resinae in liquida forma exhibendae misceri debent vitello ovi post pulveri lavorem.

Lap: Infern: non potentiss: causticis, et Ratio.

Camphora cui associatur. Mercurius, opium, Cortex peruv: Hypericum, Styrion,

Astra, aurum, in principia reduci non possunt nec Talcum usus.

Clyster ex Lacte et saccharo exhibentur in alvo dura in febribus, etc.

In peregrinatione haec via observanda, Frons aperta, Lingua parca, Mens clausa. Animus nulli externo pateat, et velut in theca clausus eum habeas, donec videas notos ad animos et veros amicos. Oculos claude, et averte longè ab illecebroso aspectu. aures etiam muni, contra omnes, non veneres solùm, sed paulò magis venustos sermones; ij sunt qui titillant, qui excitant: et ut cupere ab aspectu est, sic velle ab auditu. Justus Lipsius Cent. 1. Epist. 22.

Omnia salia fixa ex plantis elicita sunt alcalica; et omnia salia ex plantis elicita sunt fixa.
Salia sulphur figunt, seu partes salinae figunt partes sulphureas: Camphora impedit accensionem Phosphori, unde concluditur in ea esse sal, phosphori sulphur figens; sed potius Camphora est sulphur volatile. In phosphoro etiam est sal. Calor efficit ut phosphorus comburat, sed pomato mistus corpori inungi potest, et fit luminosus. Aer phosphorum accendit, aliquando tamen extinguit.
Aq: com. salia solvit, sulphur figit seu indurat.
Lapis Bolon: videtur odore et qualitate depilatoria salinum et arsenicum sulphur continere, seu sulphur in quo magna quantitas partium ignearum quibus calcinabatur, continentur.

Reflexio motus est mutatio determinationis quae mobili accidit in occursu ex alio corpore quod nullatenus penetrari aut pertransiri potest, et propterea reflectitur versus aliam partem.

Refractio est mutatio determinationis quae motui corporis accidit dum ex uno medio in aliud transeunt, ut ex aere in aquam, et ex aqua in aerem, etc. Generalis ejus regula est, quod corpus transiens de uno medio in aliud minus resistens ad perpendicularem accedere debebit, cum vero in medium magis resistens oblique transit, a perpendiculari recedere debet. Physicae nostrae p. 55. et schema p. 60.

Corpus pellucidum est per quod radios lucis per rectas lineas transire sinit. Opacum est contra.

Catalogue of Dispensatory Plants, set in Alphabetical order.

Latin	English
Abrotonum fœm: Chamæcyparissus,	Lavender-Cotton, Sheewood, or great Southernwood.
Abrotonum mas . . .	Southernwood, housfold, or small-
Abrotonum Siculum,	A kind of small sweet-smelling Southernwood.
× Absynthium latif. vulg . . .	Common-wormwood.
tenuif. Romanum, Ponticum, Absynthium Seriphium . . .	Roman wormwood, or Gentle wormwood
Seriphium, marinum, - .	Sea, or marsh wormwood, whose seed is commonly used.
Santonicum, . . - - .	French wormwood.
Acanthus, Branca Ursina . .	Bears-breech.
× Acetosa, oxalis. arvensis, lanceolata	~~Common~~ Sheep sorrel
× Romana rotundifol: . .	French sorrel.
× vulg: pratensis, . .	Common sorrel.
Acetosella, Lujula, trifolium acetosum,	Wood-sorrel.
acorus verus, calamus aromaticus .	Sweet smelling flag.
acorus adulterinus, gladiolus luteus, pseudacorus	Common flag.
Adiantum vulg. Capillus Veneris,	Maiden-hair.
— album, Ruta muraria, Salvia vitæ, .	Wall Rue.
— aureum, polytrichum aureum	Golden maiden-hair
— nigrum, . . .	Black maiden-hair.
Adonis flos,	
Ageratum, Eupatorium mesues,	Maudline.
Agrimonia, Eupatorium Græcorum,	Agrimony
Altea, .	Vervain mallow.
Alchimilla,	Ladies mantle, or great sanicle.
Alkekengi .	Winter-cherries
Alliaria . . .	Jack by the Hedge.

Allium . . .	Garlick.
— Sylvestre . .	Wild-Garlick.
Althæa, Bismalva, & Ibiscus, .	Marsh-mallows.
Ambrosia, & Botrys.	
Anagallis flore: mas . –	male Pimpernel.
— fæm: . . .	female Pimpernel.
— aquatica, Beccabunga -	Brooklime, or water-purpie.
Anagyris . . .	Bean-trefoil.
Anchusa . . .	Alkanet.
Anemone - . .	Wind-flower
Angelica hort: . .	Angelica
Anonis	Rest harrow.
Anthora . . .	Wholsome Helmet-flower.
Apium, & Eleoselinum hort: et palustre	Smallage, garden and marsh.
Aresta Bovis, & Ononis.	
Argentina, Potentilla, .	Silverwood, or wild Tansie.
Aristolochia . . .	Birthwort.
Artemisia vulg: . .	Mugwort
— Chinensis, Moxa .	Mugwort of China.
Arum - . .	Wake Robin.
Asarum . . .	Asarabacca.
Asclepias, & Vincetoxicum, Hirundinaria,	
Asparagus . . .	Asparagg
Asperula odorata, Aspergula,	Woodroof.

Asphodelus albus . .	White Asphodill.
Asphodelus luteus . . .	yellow Asphodill
Asplenium, ceterach, scolopendrium,	Splenwort, or Millwast
Aster . .	Starwort.
— Atticus, Inguinalis, . . .	Golden Star-wort.
Atriplex fœtida . .	Stinking arrach.
Auricula muris, Pilosella, .	Mouse-Ear
— Ursi, . .	Bears-Ear.

B.

Balsamita mas, Costus hortorum,	Costmary.
Barbarea . .	Winter-Cresses.
Bardana, (Lappa) major .	Bur-dock.
— minor, Xanthium . .	Louse-Burr.
Basilicum, vid. Ocimum.	
Beccabunga, vid. Anagallis aquat:	
Behen albus . . .	White Behen.
Bellis major . . .	Great Daisie
— minor, Consolida minima, .	Lesser Daisie
Betonica sylv: vulgaris, .	Common Betony.
— Aquatica	Water-Betony.
— Pauli; vid. Veronica mas.	

Bislingua, v Hippoglossū.	
Bistorta . .	Bistorte.
Bifoliū	
Bismalva, v althæa. .	Two-blade.
Bonū Henricū, mercurialis, Lapathū unctuosū,	English mercury.
Botrys, Ambrosia, .	Oak of Jerusalem.
Brassica marina, v soldanella.	
Branca ursina, v acanthū.	
Bruscū, Ruscus, . .	Butchers-broom.
Buglossū, . . .	Bugloss.
Bugula, consolida media, .	Bugle.
Bursa pastoris, . .	Shepherds purse.
Buxus . .	Box-tree.

C.

Calamintha vulg: seu montana	Calaminth.
— Palustris .	
Capillū veneris, v adianthū vulg.	
Caprifoliū, Periclymenū, matri-sylva . . .	Honey-suckle, or wood-bind.
Cardiaca . . .	mother-wort.
Carduū Benedictū, .	Blessed thistle.
— mariæ	Ladies thistle.
— fullonū, v dipsacū sativū.	
Carum, .	Caraway.
Cariophyllata .	Avens.

Cauda Equina, Equiset:	
Centaurium maj:	Great Centaury.
— min:	Lesser Centaury.
Centinodium, Polygonum,	Knot-grass.
Cerefolium,	Chervil.
Ceterach, v Asplenium, Scolopend:	
Chamaeactes folia, v Ebuli.	
Chamaecissus, v hedera terrest:	
Chamaedrys, Trissigo,	Germander.
Chamaelea, v. mezereon.	
Chamaepitys, Iva arthritica,	Ground-pine.
Chamaecyparissus, v Abrot: fam:	
Chelidonium majus,	Greater Celandine.
— min: Scrophularia min:	Lesser Celandine.
Cinara, Scolymi folia	
Cochlearia Batava, rotundifolia, Hortensis,	
— Britannica, marina,	
Colchicum,	Meadow saffron.
Colubrina Virginiana, Serpentaria Virg. Aristolochia Virg.	Virginian Snakeweed.
Coniza, Pulicaria,	Fleabane.
Consolida major, Symphytum,	Comfrey.
— media, Bugula,	Self-heall, Bugle.
— minima, Bellis min:	
— Saracenica, Solidago,	Saracens consound.
— Regalis, Delphinium,	Larks-spur.

Contrayerva, Drakena.	
Cornus.	Cornel-tree.
Coronopus,	
Costus hortorum, vel Balsamita mas.	
Cotula fœtida,	Mayweed.
Crassula, Fabaria,	Orpine.
Crithmum, fœniculum marinum, Herba S. Petri.	
Crocus,	Saffron.
Cruciata.	Cross-wort.
Cyanus major.	Great blue-bottle.
— minor.	
Cyclamen, Arthanita.	
Cynoglossum,	Hounds-tongue.
Cyperus longus, Romanus,	
— rotundus	

D.

Delphinium, vel consolida regalis.	
Dens Leonis, Taraxacum,	
Dentaria, Dentillaria	Tooth-wort.
Dictamnus albus, Fraxinella.	Dittany.
Digitalis,	Fox-gloves
Dipsacus sativus, Carduus fullonum,	Manured Teasel.
— sylvestris, Labrum Veneris,	Wild Teasel, or Venus Bason.
Doronicum,	Leopards, or wolf's bane.

Dracunculus.	Dragon.
Dulcamara, Solanum lignosum, Amara-Dulcis	Bitter-sweet.

E.

Ebuli, Chamaedrys folia,	
Echium.	Vipers-Bugloss.
Elatine, Veronica fœm:	Fluellen, or Female Speedwell
Elleborus albus, Veratrum album	White Hellebor.
— niger, Veratrum nigrum	Black Hellebor.
Eleoselinum, vel apium,	
Endivia, Scariola, Seriola.	
Enula Campana, Helenium,	Elicampain.
Epimedium,	Barren-wort.
Equisetum, vel Cauda equina,	
Erigerum, Senecio,	
Eryngium, Sea Holly.	Eringo, or Sea-Holly.
Esula major,	Greater, or German Spurge.
— minor, Pityusa.	Lesser, or Pine-Spurge
Eupatorium Græc: vel Agrimonia,	
— Mesues, vel Ageratum,	
— Cannabinum, Avicennæ,	Hemp like agrimony.

Euphrasia, Ocularis Ocilidia, à Ευφραινω, oblector, ~~delecto~~ exhilaro, à ευ et φρην, mens.	Eyebright.

Ff.

Fabaria, vel Crassula, .	
Ferula Galbanifera, - .	Fennel-Giant.
Foeniculum vulg: . .	
— marinum, vel Crithmum, .	
Filipendula, . -	Drop-wort.
Filix florida, Osmunda regalis,	Osmund Royal, or Flowering Fern.
Flammula, . . .	
Fumaria Bulbosa . .	Bulbous Fumitory.
— vulg: . .	

G.

Galega, Ruta Capraria, .	Goats-Rue
Gallium, . . .	Ladies Bed-straw.
Gentianella, . .	Bastard Gentian.
Geranium Robertianum, Gratia Dei,	Herb-Robert.
— Columbinum, pes columbinus,	Doves-Foot .
— Moschatum, - . .	
Glycirrhiza, Liquiritia, .	Liquorish.
Gnaphalium, . :	Cottonweed.

Gratia Dei, vide Geranium Robertianum	
Gratiola,	Hedge-Hyssop.

H.

Harmala, vide Ruta Sylv:	
Hedera arborea,	
— terrestris, Chamæcissus,	ground-Ivy.
Helenium, vide Enula campana,	
Helxine, Parietaria,	
Hepatica, Lichen,	
— nobilis, Trifolium aureum,	Golden-liverwort
Herba Doria,	Dorias woundwort
Herba Paris,	Herb True-Love
Herba Paralyseos,	Cowslip.
Herba S. Petri, vide Crithmum.	
Hieracium,	Hawkweed.
Hippoglossum, Bislingua,	Horse-tongue, Double-tongue.
Hipposelinum, Smyrnium,	
Hirundinaria, vide Vincetoxicum.	
Horminum hortense, Sclarea,	Clary.
— sylvestre,	
Hyacinthus,	Jacinth.
Hydrolapathum,	Great water-Dock.
Hydropiper, vide Persicaria macul.	
Hypericum,	St John's-wort.

Hypoglossum, Bislingua, . .	Horse-Tongue, Double Tongue.
Hyssopus, . . .	Hyssop.
I.	
Ibiscus, vel Althæa.	
Ilex, . . .	Holline-Tree.
Imperatoria, Astrantia . . . - -	
Inguinalis, Aster Atticus, . . .	Golden Star: wort.
Iris, . . .	Flower-de-Luce.
- Florentina, Illyrica, . -	Florentine Orris.
Isatis, Glastum, ...	Woad.
Juncus vulg: . . .	Common hard Rush.
- Odoratus, Schænanthus, . .	Camels-hay.
Iva arthritica, vel Chamæpitys, . .	
L.	
Labrum Veneris, vel Dipsacus sylv:	
Lagopus, Pes Leporinus, - .	Hares-foot.

Lamium (urtica mortua) album, .	White dead nettle, or Archangel.
— Rubrum, . . .	Red dead nettle, or Archangel
Lampsana. . . .	Dogs-cress, or Nipplewort.
Lapathum vulg: Rumex, . .	
— Acutum. Oxylapathum, Rumex acutus,	Sharp-pointed-dock.
— Rubrum,	
— unctuosum. ℣ Bonus Henricus, .	
Lappa, ℣ Bardana major, . .	
— minor, . . .	. . .
Laserpitium, . . .	Laser-wort.
Laurus.	Bay-tree.
Lepidium, Piperitis. . . .	pepper-wort.
Levisticum.	Lovage.
Ligustrum.	Privet-tree.
Lilium convallium. . . .	Lilly of the valley.
Linaria, ...	Toad-flax.

Lingua Cervina, Phyllitis.	Hynds-Tongue.
Lithospermum, Milium Solis,	Gromwell.
Lotus urbana, Trifolium odoratum, Lotus odora.	Sweet Trefoil.
Lujula, & Acetosella,	
Lupulus,	Hops-Tree.
Lysimachia,	Loose-Strife, or Willow-herb.

M.

Majorana, Sampsucum,	Marjoram.
Malva vulg.	
— arborea,	
Marrubium, Prassium album,	White Horehound.
— nigrum,	Black Horehound.
Matricaria, Parthenium,	Feverfew.
Matrisylva, & Caprifolium,	
Melilotus,	Melilote.
Melissa, Melissophyllum,	Baulm.
Mentha sativa,	Mint.
— Aquatica, Sisymbrium,	

Mercurialis, v Bong Henricq,	mercury.
Meum,	Spignell
Mezereon, Chamelaa,	
Milij commune,	
Millefolium, Solis, lithospermi.	
Morsg Diaboli, Succisa,	Devil's bit.
Moxa, v artemisia Chinensis.	

N.

Napellg verus,	monk's-hood.
Nicotiana, Petr, Tabacu,	Tobacco.
Nummularia,	money-wort.
Nymphaea, Nenuphar,	Water-lilly.

O.

Ocimy, Basilicy,	wild Basil.
Ononis, Aresta Bovis,	Restharrow.
Ophioglossy,	Adder's Tongue.
Origany,	Wild marjoram.

Ornithogalon, . . .	Star of Bethleem.
Ornithopodium,	Birds foot.
Osmunda regalis, v Filix Florida.	
Oxalis, v Acetosa.	
Oxylapathum, Rumex acutus, Lapathum acutum, . . .	

P.

Pampini folia, v Vitis.	
Panax, . .	
– Coloni, . . .	Clown's All-heal.
– Herculis, . . .	Hercules's All-heal
Papaver album, . .	
– nigrum, . . .	
– Rubrum, Rhœas, erraticum,	
Parietaria, v Helxine, . .	
Paronychia, . . .	Water Germander.
Parthenium, v Matricaria.	
Pentaphyllum (Quinquefolium) aquaticum,	Water Cinquefoil
– vulg: . . .	Common Cinquefoil
Percepier Anglorum, . .	Parsley Breakstone.
Periclymenum, v Caprifolium.	
Persicaria maculata, Hydropiper,	
– non maculata, . .	
Pes Leporinus, v Lagopus.	
Petasitis, . -	Butter-Burr.
Petum, v Nicotiana.	
Phyllitis, v Lingua Cervina, .	

Phu, Valeriana, . .	
Pilosella, ℣ auricula muris, .	
Pimpinella, Sanguisorba, . . .	Burnet.
— Saxifraga, . . .	Burnet Saxifrage.
Piperitis, ℣ Lepidium.	
Pithyusa, ℣ Esula minor,	
Plantago latifolia, Vulgaris, Septi-nervia, . . .	
— Angustif: Quinquenervia, .	
Polygala, ...	milk-wort.
Polygonat, ℣ sigill. Solomonis.	
Polygonum, ℣ Centinodia, .	
Polypodium, . . .	Polipody.
Polytrichum, Trichomanes,	
— Aureum, ℣ Adianthum aureum.	
Potentilla, ℣ argentina,	
Prassium, ℣ marrubium album,	
— Nigrum.	
Ptarmica, . . .	Sneez-wort.
Pulicaria, ℣ Conyza.	
Pyrola, ...	Winter-Green.

R.

Raphanus, ...	
—Rusticanus: . . .	Horse Radish or Redcole.
Regina Prati, v Ulmaria.	
Rhabarbarum monachorum, .	Monks Rhubarb
—verum, . . .	Rhubarb.
Rhoeas, v papaver rubrum.	
Rhodia radix, . . .	Rose root.
Rumex, Lapathum,	
Rubia tinctorum, . . .	madder.
—sylv: . . .	Wild Rud.
Ruscus, v Bruscus.	
Ruta Capraria, Galega,	
—Hortensis, vulg: . .	
—muraria, v Adianthum album.	
—Sylvestris, Harmel, . .	

S.

Salvia Hort: major, . .	
—minor, . . .	
—Sylvestris, Scorodonia, Bosci,	Wild [illegible]
—vitae, v Adianthum album.	
Sampsucum, v Majorana.	
Sanguisorba, v pimpinella.	
Sanicula	Sanicle.

Satureia.	Savory
Satirion	Satyrion
Saxifraga alba, . .	White Saxifrage.
– rubr: . . .	
Scabiosa, . . .	Scabious.
Scariola. v Endivia.	
Schœnanthus, Juncus odoratus.	
Sclarea, v Hormini hortense.	
Scolopendria, v Ceterach.	
Scolymi, v Cinara, folia.	
Scorzonera, . . .	Vipers Grass.
Scrophularia, . . .	Figg-wort.
Sedum, Sempervivum majus, .	House-leek, or Sen-green.
– minus, – . .	Stone-crop.
Senecio, v Erigeron. .	Groundsell.
Senna, . .	Senna.
Serpentaria Virg. v Colubrina.	
Sideritis, ...	Iron-wort.
Sigill. Solomonis, Polygonatum, .	Solomon's-Seal, Jacob's Ladder.
Siliqua, Siler . . .	Skirrets.
Sisymbrium v Mentha aquat:	
Smyrnium, v Hipposelinum.	
Solanum, . . .	Night-Shade.
– Lethale.	Deadly Night Shade.
– Lignosum, Dulcamara, amara dulcis.	Bitter Sweet.

Soldanella, Brassica marina.	
Solidago, ⁊ Consolida Saracenica.	
Sophia Chirurgorum, . .	Flax-weed.
Sorbus, . . .	Service, or Roddan-Tree.
Spatula fœtida, . .	Stinking Gladdon.
Sphondylium, . . .	Cow-Parsnep.
Succisa, ⁊ morsus Diaboli.	
Symphytum, ⁊ Consolida Major.	

T.

Tabacum, ⁊ Nicotiana.	
Taraxacum, ⁊ Dens Leonis.	
Tapsus barbatus, Verbascum, .	Male Mullein.
Tilia, ...	The Lin, or Lindon Tree.
Thalictrum, ...	Meadow Rue.
Thlaspi, . . .	Treacle Mustard.
Thymus, . . .	Thyme.
Tormentilla, . . .	Tormentill.
Trachelium, . . .	Throat-wort.

Tragopogon, . . .	Goats-Beard.
Trichomanes, v Polytricho, .	English maiden-hair.
Trifolium vulg: . .	
– aureum, Epatica nobilis, .	
– acetosum, Lujula, Acetosella,	
– odoratum, v Lotus urbana.	
– Aquaticum, . . .	Meadow Trefoil.
Trissago, v Chamædris.	

V.

Valeriana major vel hortensis, Phu major, . .	Garden Valerian.
– Sylvestris vel minor, Phu minor, . . .	wild Valerian.
Verbascum, v Thapsus barbatus,	Female mullein, or Shepherds Club.
Verbena, ...	Vervain.
Veronica mas, Betonica Pauli,	male Speedwell or Fluellin.
– fem: v Elatine, . .	Female Fluellin or Speedwell.
Vicia, . . .	Vetch.
Viola matronalis, Hesperis. .	Queen's Gilliflower.
– Tricolor, . . .	Party-coloured violet.
– vulg: . . .	
Vincetoxicum, Asclepias, Hirundinaria, ... –	Swallow-wort.

Virga Aurea. . . .	Golden Rod.
Vitis folia, pampini. . . .	Vine Tree.
Ulmaria, Regina prati. . .	Queen of the meadow
Umbilicus Veneris. . . .	Navel-wort.
Urtica urens vulg: . . .	
– Romana, . . .	Roman nettle.
– mortua, ψ Lamii albi.	white dead nettle.
– Rubra, ψ Lamii rubri.	Red dead nettle

X.

Xanthii, ψ Bardana minor.

Institutiones Medicinae

Octbr 5th. 1708.

Cap. 1mum De Elementis

Suppono tantum omne corpus esse divisibile, partemque quamvis corporis esse divisibilem propter ult. prop. lib. 10. Euclidis Elem. Hinc sequitur nullam esse corporis ullius partem, nullamve materiae portionem, tam parvam cui non possit sumi alterius corporis pars praecise aequalis; quare nulla est materia tam subtilis, quin aliud quantumvis crassum corpus dividi possit in partes illa subtili non majores.

Quia vero supposui corpus omne divisibile, et divisio fieri nequit absque motu, necessario concedenda est possibilitas motus; et quia oportet medicos fidem sensibus suis adhibere, corpora moveri, seu motum existere est credendum; atqui corpus nullum suâ sponte aut ex se ipso movetur; nam cum deposita consideratione aliorum corporum nihil sit quod efficiat ut corpus aliquod moveatur in hanc plagam potius quam in illam, et non possit moveri in hanc plagam et oppositam simul, idcirco ex se in nullam movebitur, i.e. quiescet, quamdiu nulla vis extrinsecus impellens accedat, quae si accesserit, corpus impelletur movebiturque in eandem plagam in quam tendebat corpus impellens; adeoque corpus quod a nullo alio, aut undequaque ab aliis aequaliter impellitur premiturque necessario quiescit. Et quoniam sensu agnoscimus, post motus multiplices factum esse ut sint alia fluida, alia vero solida, nullumque esse quod horum non sit alterutrum, vel ad alterutrum, vel ad utrumque accedens, nostrumque, cujus tantam gerimus curam, corpus ex utroque genere esse compositum, operae pretium erit explicare quaenam sint talium multis inter se corporum affectiones constantes quae

m

in medicinâ faciendâ iis utiles videri possunt qui Philo:
sophiae vulgaris civitate medicâ inauspicato donarunt. De:
monstrat experientia, corpora omnia terrestria esse gra:
via, sive, quantum non impediuntur, in terram versa de:
scendere, ita tamen ut per idem fluidum alia plus, alia
minus facile descendant. Sic aurum dicitur subere specifice
gravius, quia moles auri, suberis aequali mole innatan:
te subsidet; aurum enim et subere et aquâ est specifice
gravius, cum sit ab Archimede demonstratum corpus solidum
cuivis fluido innatans, si moles utriusque sit aequalis pon:
deris, seu aeque gravitet, et si non aeque gravitet, levi:
us graviori superstare.

Sensus communis hominum

in aqua communi

Ratio etiam ostendit corporum omnium ad terram descen:
dentium quae aequalis partis aequalem numerum habent, gravita:
tem esse aequalem, cum gravitas totius sit summa gravi:
tatis in singulis partibus.

Aequalem vero partium aequalium numerum duo habent cor:
pora quaevis, si sub eadem mole nullus sit in alterutro
verus spatii omnis materiae vacuus: unde sequitur, cum
nulla sit materiae portio tam parva quin id corpus in quo
illa comprehenditur dividi possit in partes aeque parvas ac
illa est, nullam esse posse causam descensus earum, quae non
simul sit descensus illius causa.

Ex his licebit concludere ea corpora quae sub eadem mole
aeque non gravitant, non comprehendere aequalem numerum aequa:
lium materiae portionum; adeoque cum videmus cubum auri in a:
quâ subsidere, dum aequalis mole cubus suberis supernatat
aquae, sequitur auri sub eadem mole plures habere portiones
materiae aequales quam suber. Sive esse in subere plures
quam in auro; alioquin si nullus esset vacuus, id quod sub
aquae superficie continetur aqueo densum esset quam est
aurum, et ideo non descenderet, nec aquae fundus peteret
quantacunque auri portio. Unde sequitur materiam aetheream
sive subtilem omnis corporis poros replentem et liberrime
permeantem nullam esse. Talis enim si esset materia,
aereque plenus foret, densitas aeris aequalis esset densitati
Hydrargyri, nec minus moles ferri deorsum tendentis ob:
sisteret

cavitates seu vacuitates; et esse etiam in aqua plures vacuitates, quam in auro,

obsisteret ac Hydrargyrum; adeoq nec ferr, nec quovis aliud corpus per aerem descendere posset.

Sed ut res haec clarior paulò evadat, notatu dignum est omni corpori inesse potentiam resistendi, quia, quantum in se est perseverat in statu suo vel quiescendi vel movendi uniformiter in directum, et per hanc vim fit, ut corpus quodvis de statu suo vel quiescendi vel movendi difficulter deturbetur. Hinc experimur globum plumbeum pavimento non inaequo impositum resistere moventi; sed cum motus Horizonti parallelus —— non sit contrarius motui verticus contrario, adeoq nec gravitationi, non proveniet illa resistentia à gravitate: cum enim praeter hanc nihil supersit in illo globo plumbeo quod resistentiae tanquam causa spectari deberet, excepta sola in globo materiae quantitate; erit quantitas illius resistentiae causa, ita ut si duo corpora aequales materiae quantitates habentia, aequalibus celeritatibus in partes contrarias mota, directè sibi mutuò impingant; illa necessario simul quiescent, cum ea sint semper aequè gravia. unde sequitur ea omnia quae continent aequales materiae quantitates, esse aequè gravia; atqui si vacuitates nullae essent, omnia corpora v. g. sphaerica habentia aequales diametros et aequales superficies, continerent et etiam aequales quantitates materiae, adeoq essent aequè gravia, hoc est, sphaera plumbea non esset gravior sphaerâ ligneâ aequè magnâ, si nullae forent in ligno vacuitates, praeter experientiam.

Nulla itaq est materia tam subtilis omnes corporum poros explens, adeoq non sufficienti gaudet evidentia eorum sententia (qui cum D. Wolch Med.) statuunt materiam omnem esse in tria corporum genera distributam, sc. in ea quae lucem emittunt, transmittunt, et remittunt; nam si pori omnes essent pleni, nullum esset corpus quod lucem transmittere posset. Ex his facile deducere possumus materiam illam subtilem non esse fermentationis turbataeq mixturae (ut aliqui loquuntur) authorem, deberemq S. W. cum suis, alias horum motuum causas quaerere, et merito mihi fundamenta quaecunq illius materiae ope à Medicis explicantur. Nos quidem in institutionibus Medicinae tradendis hypothesi illa Carte-

Cartesiana non utimur, sed neq: etiam ulla hypothesi quantumvis probabili compulimus phaenomena morborum et curationem posse melius tradi assumpta quam assumpta conjectura illa philosophica. Idcirco solum haec pauca praemisi ut habere possint medicinae studiosi quid respondeant illis qui non in exornanda medicina, sed in praedicandis miraculis materiae subtilis studia sua videntur locasse.

Ego sane omnes exhortor ut principia philosophiae Cartesianae diligenter explorent, ut possint ea ex principiis philosophiae Democriticae conferre auxilio Geometriae, illius praesertim quae motûs regulas tradit et demonstrat, et quaecunque cum iis regulis maxime conveniunt, ea tutissime in usum Medicinae adhiberi posse existimem, atque adeo medicarum lectionum auctores non tam Philosophos (quales nunc eo nomine gaudent) quam Mathematicos mihi dari exoptem. In sequentibus methodum sennerti in suis Institutionibus adhibitam sequemur, adnotaturi interim quae peccavit D. S.

Cap. 2dum. De Sanitate.

Postulamus 1. Sanguinem e corde in arterias propulsum per venas in cor redire, sive circulationem sanguinis in omni animali celebrari.

Postulamus 2do. Ea in quibus celebratur haec circulatio vitam habere, quaeque hac carent, vita carere, vitamque ipsam aut esse circulationem sanguinis aut hanc esse illius mensuram. Illis concessis, Medicinam esse artem faciendi vitam indefinite longam: deinde affirmo vitam indefinite longam esse ipsam tantopere expetitam summam sanitatem; nam cum morbus sit moriendi conatus, morborum summus sit mors, ergo vita indefinite longa expers mortis, quia morbi, i.e. indefinito conatus moriendi expers, i.e. vita sanissima.

Sed quoniam ad hominem sanum, i.e. talem qui possit vita frui indefinite longa accersiti, non possumus scire an ille per indefinitum tempus victurus sit, si sanitatem longaevitate metiri volumus: idcirco oportet vitae indefinite longae, i.e. sanitati tanquam mensuram substituere

affecti:

affectionem aliquam definitam et homogeneam; haec autem affectio est corporis Indolentia, sive Doloris privatio; adeoque vita indefinite longa, sive aeterna sit omni dolore privata, sequitur Indolentiam corporis, sive doloris privationem, vere mensuram sanitatis posse tuto adhiberi. Hinc sequitur nulli nostrum sanitatem obtigisse perfectam, sanosque solum dici eos qui minus dolore premuntur quam vulgo solent.

Ex his etiam patet male definitam esse ab omnibus Institutionum Scriptoribus Medicinam, Quod sit ars (quantum fieri potest) sanitatem praesentem conservandi, amissam vero restituendi. Nam cum ante hanc traditam definitionem nondum tradiderint quid sit sanitas, vana est Medicinae definitio: verum cum definitio sensu alicui que velat concedi sanitatem esse conjunctam cum potentia exercendi eas actiones quae secundum naturam competunt, et cum nondum definitum ab illis quid sit natura, idcirco talis definitio est improbanda: deinde male faciunt Institutionum Scriptores qui sanitatem explicare conantur, non prius explicata vitae natura, cum sanitas sit vita sana seu circulatio sanguinis longissima aut vita nulla dolore comitata. Neque nostrae sententiae debet officere quod aliqui narrant medios inter dolores aeternum bibere, nam nobis longe aliud est systema quam Orco damnatis. Qui nobis tradidere Medicinae Institutiones sanitatis subjecta asserunt esse partes corporis viventes, quod falsum est; nam cum non pars corporis, sed ipsum corpus vivat, praecipue cum vita sit circulatio sanguinis e corde in arterias pulsi et per venas reducti, quod de parte dici nequit.

Nec minore peccato iidem docuere partes corporis esse aut similares aut dissimilares. Imo enim nemo nostrum potest partem an sit dissimilaris nosse, adeoque haec partitio est inutilis: deinde cum per partem dissimilarem debeant intelligere partem ex alijs partibus non homogeneis compositam, attamen eam cum parte organica confundunt, hancque definiunt esse eam quae actionem perfectam edit, atqui pars qualibet actionem perfectam edit, nam fibra quaevis eodem modo se contrahit ac musculus, et ut verbo dicam

dicam, integra, est tota actio quae organo tribuitur ex multis singularibus actionibus partis composita. Multo itaque verius et utilius dividunt partes in continentes et contentas, i.e. canales et liquores. Unde patet male ab antiquis medicis divisas esse partes in continentes, contentas, et impetum facientes, cum hae sint contentae.

Cap. XLV. De Temperamentis.

Dixi corpus humanum componi ex canalibus diversi generis liquores ferentibus. Canales determinatam habent amplitudinem aliasque proprietates, quarum combinatione et diversa proportione varia occupant nomina, Arteriarum, Venarum, Nervorum, Fibrarum, Vasorum Lymphaticorum, etc. et similium: Liquores omnes determinatum fluxilitatis gradum habent, constantque partibus parvis quae supra se mutuo facile labi possunt, sive parva satis vi inter se movere.

Canales et Liquores omnium hominum habent istas communes proprietates, et si sanguis v.g. constaret ex partibus aeque parvis ac aeque cubicis, tum omnium hominum eadem esset temperies (supponimus etiam et simul haec quoad canales) omnesque homines aeque essent aut. At cum aliter rem se habere quivis noverit, oportet aliquas uni homini inesse proprietates in canalibus et sanguine (praeter eas ob quarum combinationem, hic canalis arteria, ille vena dicitur, hic liquor sanguis, ille chylus appellatur) quia hic uni actioni edendae, ille alteri est aptior, hic uni ille alteri est morbo opportunior. Hinc sequitur eos omnes qui temperamento aliquo praediti sunt saepissime aegrotare. Seu a sanitate vera deflectere, et temperiem a medicis istam dictam esse veram intemperiem, sive morbum nascentem. Affirmo itaque temperamentum cujuscunque hominis esse qualemcunque sensu aliquo dignoscendam mutationem in canalibus aut sanguine earum conditionum quae requiruntur ad vitam ducendam sine fine et dolore vacuam; At cum illae conditiones infinitis modis mutari possunt (sunt autem proportiones corporum vibrantium constantium eundem liquorem quantitate data infinitae) quas profecto omnes nosse humanae salutis interest, sed industriae vires superat. Idcirco aliquas frequentius observatas mutationes vobis explicabo clarius et verius quam ab aliis factum. Rogamus ut nomini sit
volitis

vehiculis alias multas supponere observandas, quae Tem=
peramenta etiam dici debent, morbisque innumeris origi=
nes et incrementa suppeditant.

Scriptores Institutionum quatuor temperamentorum ge=
nera celebriora et in medicina utiliora designarunt, sc.
Biliosum, melancholicum, Pituitosum, et sanguineum, sive Cal=
lido-siccum, frigido-siccum, frigido-humidum, et Callido-humi=
dum; verum errarunt quod haec communia canalibus et liquo=
ribus crediderunt, solis enim liquoribus competunt haec.
Deinde errarunt quod Temperamentum aliquod sanguineum esse
voluerunt ~~cum~~ adsit Plethora, seu omnium liquorum san=
guinem constituentium copia vulgari insignior. Tria ergo
observanda sunt tantum Temperamentorum in liquoribus hu=
mani corporis genera, quod ut planius fiat debeo defi=
nire quid sit Temperamentum partis fluidae. id est tempe=
est illa sanguinis fluxilitas quae permittit ut partes ab eo
secernendae, per datum circulationis impetum, possint secerni
in una parte facilius quam in alia. Unde sequitur Tempera=
mentum Biliosum esse illam sanguinis fluxilitatem quae per=
mittit, ut dato circulationis impetu, Bilis secernatur in he=
pate in majore ad reliquas secretiones proportione quam
fieri solet plerisque ejusdem coeli hominibus. Temperamen=
tum hoc vocari solet Callidum et siccum. Temperamentum vero
Melancholicum est illa fluxilitas quae permittit, ut per datum
sanguinis motum circularem, licet bene constituto, major
quam aliis ad secretiones reliquas sit proportio secretionis
ad venas et vesicula sudorifera. Vocatur hoc Temperamentum
frigidum et siccum. Denique Temperamentum Pituitosum fit ubi
per datam vim sanguinis à Corde pulsi, proportio salivae
ad alia secreta est major. Hoc est temperamentum frigidum
et Humidum. Hic verò notandum homines à nobis assumi ca=
lore sanos. Post declarata Temperamentorum genera, par=
tibus omnibus (ut volunt Institutionum Scriptores) sed revera
tantum fluidis congruentia, ad singularem partium solidarum
temperiem progrediantur, aiuntque Cor, Pulmonem, Arterias, He=
par et Lien, Venas et Renes esse Temperamenti callidi. Revera
(Auditores optimi) paries haec in homine vivo esse calidas non in=
ficior, at esse eas ejusdem temperamenti, i.e. earum canales,
et in earum canalibus contentos Liquores habere easdem pro=
prietates, omninò falsum est. Profectò Cor neque callidum est

nisi

nisi ab affluente sanguine; neque etiam humidae ab aliâ causâ, neque hepar aut arteriae calidae aut siccae aliunde quam à partibus sanguinis bilem comitantibus. Et, ut uno verbo dicam, solae calidae temperamentae illis partibus solitae inest quae sanguinem non procul à corde copiose accipiunt, qualis est pulmo, adeoque frigidae illis inest quae paulò longius à corde removentur, qualis est cerebrum; siccum verò iis quae suae nutritioni inservientes canales habent parvos, nec longè distant à corde; at humidae earum est quae canalibus amplis sanguinem non prope cor accipiunt, ut cerebrum.

Superest ut aliquid dicamus de singulari aetatum temperamentis. Vulgò tradunt Infantiam et Pueritiam esse calidas et humidas, Adolescentiam esse temperatam, Iuventutem esse calidam et siccam, Senectutem esse frigidam et siccam; atque haec in eodem animali debent spectari; nam si de diversis hominibus loquamur, fieri potest ut qui temperamento est Bilioso sit aequè calidus et siccus adhuc dum puer est, ac ille est in Iuventute qui fuerat temperamento calido et humido, hoc est, corpore plethorico praeditus. Deinde advertendum est (eadem assumptâ Cordis contractione) esse calidiores homines qui sunt staturae brevioris, esse calidiores quam ii qui sunt staturae procerioris; nam cum extremae priores partes minus distant à corde quam extremae posteriores, idque verum sit de quibusque partibus correspondentibus, et cum velocitas sanguinis diminuatur juxta distantiam à corde, idcirco partes corporis brevis sunt calidiores partibus procerioris, si eae partes assumantur quae sibi mutuò respondent: sequenti autem lectione ostendam quod sanguinis partiumque calor sit proportionalis (caeteris paribus) velocitati sanguinis in eadem distantia à corde, et quod calor sit effectus motûs circularis solius in sanguine.

Ex his sequitur unumquemque (caeteris paribus) esse calidiorem cum puer est, quam cum Adolescens est; etenim nondum augmenti finem attigit, quam postea cum augmento finito Iuventutem agit; unde falsum est Adolescentiam esse aetatem temperatissimam, ut asserunt Institutionum Scriptores.

Ad

Ad humiditatem aut siccitatem cuivis aetati quod attinet propriam, adverti velim pueros et infantes plus continere sanguinis, proportione sanguinis et solidae magnitudinis spectata, quam continent viri et provectioris aetatis homines (loquimur semper de eodem animali per varias aetates spectato) et cum serosa pars sanguinis sive humectans, sive humiditatis fautrix, sit fere quadrupla partis rubrae sive coaguli, sequitur idcirco infantes et pueros esse hoc sensu humidiores seipsis adolescentibus, quod sint sero magis sati.

Infantes autem et pueros plus continere sanguinis, respectu suae molis, quam viri, ex eo probatur, quod in illis ossa sunt mollia et cartilaginosa, omnesque fibrae laxae et mucosae, partesque quae in viris solidae sunt, in pueris diffluunt, existente nimia copia fluidi humectantis, sive sanguinis (nam per sanguinem intelligimus omnes liquores qui per arterias et venas fluunt et ex interstitiis partium sero lymphaque conturgescentibus, quae postea aucta solida canalium substantia, abolescunt; augeri autem nequit partium compages, nisi diminuta fluidi sanguinis copia, cum solidae nostri corporis partes efformentur ex liquidis et humidis; manifestum enim est, aucta in omnes dimensiones solida corporis nostri mole (quod fit tandem in juventute incipiente) diminui quantitatem liquidi sanguinis ex quo moles illa conflatur.

Hic vero diligenter est animadvertendum, Temperamenta Biliosa, Melancholica, et Pituitosa, non eidem homini respectu variae aetatis attribui, sed diversis hominibus secundum eandem aetatem consideratis, eamque ad minorem virilem; non enim puerum cum juvene, nec juvenem cum sene, sed juvenem cum juvene, et senem cum sene quoad istam temperamenta referre debemus.

Denique quoad sexus masculini et muliebrem diversitas temperamentorum debet considerari, quoad nempe humiditatem et caliditatem, quia hae solae proprietates a Medicis sunt consideratae, nempe in utroque sexu. Omnes Medici tradunt viros esse sicciores et calidiores foeminis. Ego concedo eos quidem esse sicciores,† ~~et [illegible]~~ humidiores viris, quia plus continent sanguinis (caeteris paribus) quam viri, idque ob eandem rationem qua pueri plus habent sanguinis atque seri humectantis quam juvenes aut viri, et uti pueri plus calent seipsis adolescentibus aut juvenescentibus, quia pueri sunt corpore minus

† foeminis, at nego esse calidiores. idcirco audacter affirmo foeminas esse calidiores

minus procere qm Juvenes, ita cum fœminæ plerumque minus
proceræ sint qm viri, debent illæ plus qm hi caloris fovere:
Deinde videmus, aut, quandocunque libet, tactu deprehendere,
et laxiora, et quam mediocrem corpora virorum; molliora
fœminis esse corpora molliora, et laxiora autem sunt ob
copiam lymphæ majorem, et minore tempore ad eatam mo=
tem pervenientem, ob solam copiam liquidi solidas partes
constituentis majorem, ex quo minore tempore æquale et
æquali tempore nutrimenti amplius suppeditat; major au=
tem copia Lymphæ et sanguinis majorem calorem producit
(ut sequenti lectione probabo) semper enim [illegible] æqualem
cordis ubique contractionem suppono, adeoque patet fœminas
(respective suæ molis) plus habere sanguinis, sive calidi sive
humidi, qm habent viri.

Verum ista fœminarum proprietas quæ efficit ut singulis
mensibus sanguinem sincerum ex utero demittant, demonstrat
ijs plus inesse veri sanguinis qm cæterisque hominibus, cum ista
sanguinis evacuatio contingat propter sanguinis copiam, et non
fiat ope ullius fermenti, (ut patebit, cum ostendemus in se=
quentibus fermenta in animalium corporibus esse nulla.

Cap. 4ti. De Calido Innato, Humido radicali, et Fermentatione.

Explicandum hic nobis est quid per has voces designare debent
Medici, non verò quid designarint; hoc autem posterio â
Sennerto, aliisque est effectum inutili operâ. Designare itaque per has
voces debuere, illam attritionem partium sanguinis quæ produci=
tur ab ipsius motu singulari, præsertim in arterias, intra quas
à basi circulari versus apicem coni cavi impetu à corde
concepto propulsus sanguis resistentiam habet superandam
duplicem. sc. eam laterum arteriarum, et alteram sanguinis præ=
cedentis; nempe cum sanguis contineat partes calori exci=
tando aptas, si quando in libertatem asserantur, hoc est, si di=
vellantur à se mutuo, partes ea comprehendentes corpuscula
partes autem corpuscula calorem producentia complectentes
non possunt divelli, nisi per nisum partium sanguinis in se —
mutuo, per quem nisum fit attritio et abrasio particularum
cohærentium; sequitur ergò calorem fore insigniorem, quo nisus et
attritio impetusque partium in se mutuo fuerit insignior. at=
qui iisdem manentibus resistentijs (hoc est, arteriarum sedibus
iisdem manentibus, et copia sanguinis præcedentis eadem) et au=
cto impetu cordis motuque sanguinis circulari, necessario debet
augeri

tot cilius

x sectionibus

augeri nisus et attritio partis sanguinis mutua insidente. Sc. in assumptam quamlibet sanguinis portionem à partibus quidem anticis sanguine praecedente cum arterijs. à partibus vero posticus sanguine succedente cum augmento velocitatis; adeoq; aucto sanguinis circuitu augetur calor, ita ut calor dependeat a circulatione. Cum vero Humidum Radicale sit sanguis, erit Calidum Innatum in Humido radicali fundatum nihil aliud quam sanguis circulans, seu ipsa vita animalis. Sed ut haec paulò explicatiora fiant, advertendum debet partes solidas ex ijsdem mutuo conflatas esse quibus postea nutriuntur et crescunt; Nam cum Nutritio et augmentum sit appositio partis antepositis similis: debet materia partibus crescentibus et auctis sufficiens, esse similis materiae quae partibus crescentibus et auctis ortum praebuit; atqui sanguis, h.e. Liquor Arterijs venisq; contentus, partibus incrementa sufficit, adeoq; ijs etiam ortum dedit, et cum ortu proprietates sanguinis partibus solidis communes; inter quas Calorem recensere. Partes itaq: solidae calorem à sanguine accipiunt, à sanguine inquam circulante; nam huic soli et ortum et incrementum et calorem accepta referunt.

Ex hisce sequitur 1mò. In ijsdem à corde vicinijs (sanguine mole aequali) calores esse proportionales velocitatibus. 2do. sanguinis ijsdem velocitatibus motus esse calores proportionales vicinijs à corde. Nam in sanguinibus homogeneis seu similibus, ad calorem in libertatem asserendum cum nihil aliud exigatur praeter nisum et attritionem partis praedictam per impetum cordis (cui proportionalis est velocitas sanguinis) et reactionem sive resistentiam arteriarum et sanguinis praecedentis; sequitur si non mutetur resistentia illa et reactio (quae non mutatur in eadem vicinia à corde) non mutabitur vis in calorem sanguis, nisi per mutationem impetus. Sc. velocitatis à corde impressae, hoc est, cum effectus sint causis proportionales, esse in ijsdem vicinijs calores sanguinis proportionales, esse in ijsdem vicinijs calores velocitatibus sanguinis proportionales: Quare patet prima propositio.

Deinde eodem modo ostenditur, quod si velocitates à corde impressae aequales sint, non poterint in sanguine caloris mutationes contingere, nisi ob variam sanguinis praecedentis et arteriarum resistentiam sive reactionem; at sanguinis praeced=

praecedentis resistentia est sua moli proportionalis; moles autem ipsius est proportionalis viciniis suis à corde (nam quo vicinior sanguis à corde, eo major ipsius moles continendo inter locos assumptos et extremitatem arteriarum) et resistentia arteriarum est etiam tanto major, quanto viciniores cordi partes ipsarum assumantur. cum nempe resistentia in hoc casu sit proportionalis velocitati. velocitas autem sanguinis in maximâ à corde vicinia sit maxima; adeoque patet quod in secundo loco positis nempe calores sanguinis eadem velocitate latorum esse proportionales viciniis respectu cordis.

Hinc calor sanguinis spectari potest tanquam resultans ex velocitate in viciniam, i.e. si duorum hominum velocitas sanguinis sit trium graduum. et vicinia partis in quâ calorem explorare volumus sit duplò major in primo quam in secundo, hoc est, si sint ut 2 ad 1. erit calor primi ut 6, secundi autem ut 3, i.e. calor primi erit duplo major calore secundi; si vicinia primi sit ut 2 et velocitas ut 4; vicinia autem secundi ut 3, velocitas ut 1. erit calor primi ut 8, secundi autem ut 3, adeoque calor primi erit plusquam duplus secundi.

Ex hisce sequitur erratum D. Walsh: qui statuit calidum innatum esse reliquias sanguinis in corde rarefacti; cum enim quaeratur unde calorem habeat, reddenda est ratio quae etiam reliquias illas includit, illa etiam eandem caloris causam cum toto sanguine habent, nec ullum est fermentum in corde quod calorem sanguini inferat; illud etiam necessario eluetur in quavis cordis contractione; neque etiam sanguis in corde rarefit, aliter quam in arteriis, sed ubi in has è corde pellitur eâ copiâ ut ipsas distendet, ita eâ copiâ ex auriculis in cor fluit, ut ipsum distendat, donec cor ope spiritus animalis contractum seipsum exoneret et inaniat; adeò ut nulla in corde ad summum contracto, sint sanguinis reliquiae à sanguine expulso diversae, et cordi semper inhaerentes. cum illae sanguinis adhaerentis et praeterfluentis, et cordis repetitâ contractionis operâ necessario eluantur, tales, inquam, rationes obmittam, in corde nullum esse fermentum, cum nulla possit in corde separatio fieri partium sanguinis, aut si ulla fieret, tamen quod separaretur deberet necessario absorberi quavis contractione cordis rursus excludi; mihi videtur etiam cordi tribuere indulgentiam et mihi concedi nisi velitis eam cordi tribuere indulgentiam et mihi concedi diam, quâ abstineret à quibusdam fluidi partibus expellendis, dum multo plurimis non parceret, neque ullum locum concederet.

Sed

Sed operæ pretium erit Recentiorum exponere sententiam,
quæ Calorem innatum vult esse effectum fermentationis sangui-
nis à materiâ subtili inducta, et ab actione ipsius perpetuò
continuata. Sc. Recentiores multi, iique celeberrimi, statuunt
causam caloris in sanguine esse materiæ subtilis actionem,
quæ cum in sanguine non inveniat poros rectilineos mo-
tui suo per lineas rectas propagando respondentes, exagi-
tet variè et sejungere conetur partes sanguinis, et intestinum
motum in eo excitat, qui à calore minimè differt.
Evidens est nos Philosophos arbitrari materiam subtilem re-
flecti à partibus sanguinis nostri; nam quod poros rectilineos non
inveniat in sanguine, provenire debet ab occursu partium san-
guinis ad alteram pori (qui canalis quidem est, ut ita loquar)
extremitatem, quæ partes poros satis amplos non comprehendunt
et ea ratione materiæ subtili transitum negant; atqui si hæc sit
causa caloris et fermentationis in sanguine, tum sanguis extra
vasa sua missus, et in pelvi v.g. convolutus, calesceret semper et
fermentaret, cum ille idem sit ac prius corpus, et eandem inte-
stinum motum partiumque situm obtineat in pelvi ac in arterijs conten-
tus, adeoque eidem resistit actioni materiæ subtilis. Verùm (Audi-
tores) quævis experientia testatur sanguinem extra vasa missum
calorem et fermentationem putatitiam amittere. hocque deberet
argumentum esse satis validum ad opinionem hanc refellendam,
lubet tamen paulò altius investigare.
Animadvertisti ergo debet materiam subtilem (si sensu Car-
tesiano h.e. vero, detur) omnium corporum superficies ambire,
et undequaque æqualiter premere: ex hac æquali ex omnibus
lateribus pressione deduxere sagaciores Cartesiani causam
duritiei corporum, seu quietis partium inter se; nam uti aer ab
intervallo duorum marmorum cohærentium exclusus, et ijs undique cir-
cumfusus, actione sua impedit ne illa divellantur, ita materia
subtilis undique corporibus circumfusa impedit ne partes cor-
porum cohærentes à se invicem secedant: adeoque quamvis con-
cedamus materiam exlare subtilem, illa tamen partes simul
cohærentes in contiguitate semper detinebit; nam si admittatur
intra poros ex uno latere portionis materiæ consistentis, tam-
en quia etiam admittitur intra poros ex adverso latere ejus-
dem portionis materiæ consistentis, vel saltem portionis illi
portioni contiguæ, idcircò portio ista detinebitur in æquilibrio,
neque è loco movebitur; unde nulla erit intestini motûs, aut ca-
loris, aut fermentationis origo à materiâ subtili repetenda.
Si

Si ulla quidem foret gravitas materiae subtilis, gravitatisque, ut in aere, mutatio, [cum] esset illa, si aliqua esset, mutationem aliquam forsan aliquando efficere, ut efficit aer; sed cum materia subtilis nullam patiatur gravitatis mutationem (quae et nulla est) nec ideo uno tempore aut loco gravior est quam alio, propterea omnia omnibus locis et temporibus aequali vi circumpremit, adeoque fermentationis nullius est autrix sive causa.

Verum mirari subit quod tam multi eruditi viri putarunt sanguinem nostrum illius esse materiae, ut partes materiae subtilis nequeant poros satis parvos aut rectos, motuique suo extendendo aptos in sanguine reperire: quod quam falsum sit hoc experimento poterimus dignoscere.

Notum est, si ulla detur materia subtilis, eam esse causam cur omnia gravia descendant versus terrae centrum, quia nempe illo detruduntur à materiâ subtili minime gravi circa terram celerrime motâ, et à terrâ recedente per sphaerae terrestris tangentes, inque suum locum corpora illa crassa, quae eidem motui non tam facile obediunt, depellente.

Notum enim est sanguinem circumfusum metallo non impedire quo minus metallum illud sit aeque grave ac prius: est enim metalli sanguine cooperti gravitas eadem ac non operti; unde sequitur materiam subtilem aeque facile transire poros sanguinis, ac poros aeris: nam nisi transiret aequali facilitate utriusque poros, metallum non foret tam grave cum sanguine cooperitur, ac cum aeri exponitur: id ideo verum est, ut corpus quodvis grave aeque gravitet marmoreo vase inclusum, ac aeri expositum; nemo autem putaverit patentiores esse marmoris quam sanguinis circulantis poros; nam si essent, foret sanguis circulans gravior marmore.

Sufficerent haec de causa fermentationis sanguinis ab altiore materiae subtilis advocandas, praesertim cum nondum sit certum ullam talem materiam existere; neque etiam certum sit ullam esse fermentationem sanguinis, et potius certum videatur fermentationem hanc esse nullam. quod ut certum fiat, adnotari debet, fermentationem veram esse acidi et alkali actionem mutuam cum bullis, quae olea mutantur in spiritus ardentes; unde est quod experimur è succis vegetabilibus non fermentatis prodire olea et olei, sed non spiritus; at si fermentatio praecessit, tum distillatione (non oleum, aut saltem paucum) spiritus ardentem, qualis est spiritus vini, impetramus, oleo nempe per fermentationem mutato in spiritus: ita ut spiritus ardentes

sint

sint olea actione mutuâ acidi et alcali intimè unita phle-
gmati. Hoc etiam patet ex eo, qd spiritus illi ardentes de-
flagrent (unde autem sic dicti) ratione olei quod continent,
remanente post deflagrationem phlegmate; et qd ex iisdem
ardentibus spiritibus separari possit oleum; nempe rectumatus
spiritus ardens cujusvis vegetabilis rectificatus, et illi ad-
misceatur aqua, ea simul stent per mensem vase non
optimè clauso, tum videbis supernatare separatum à phle-
gmate oleum, perit se verò spiritus gustu deprehendetur;
adeoque satis constat probiâ omni fermentatione verâ, elici
posse spiritum ardentem; atqui è sanguine nullus elicitur spiri-
tus ardens. sed solum urinosus; unde facile colligitur sangui-
ni inesse nullam fermentationem veram. Porrò haec ve-
ritas non minus confirmatur ex eo qd omnis vera fermen-
tatio (ut diximus) sit actio mutua acidi et alcali, adeò ut
nulla sit fermentatio vera ubi horum alterutrum deest;
deest autem in sanguine hominis sani acidum, ut patebit
cuivis qui laborem distillandi sanguinem suscipere digna-
bitur. Et haec quidem deberent satisfacere iis qui veritatem
quaerunt; at quoniam multò plurimi de voce litigarunt et
fermentationem sanguini inesse contendunt, quamvis illi
non insit acidum, fermentationem, inquam, secundum Willisii
definitionem, qua nempe fermentatio definitur, motus inte-
stinus particularum corpus componentium. Idcircò de hac de-
finitione, motu sanguinis explicato, quid sit sentiendum paucis
declarabo.

Affirmo itaque sanguini nullum inesse motum intestinum particula-
rum distinctum ab eo motu quem à cordis contractione acci-
pit, h. e. sanguinis non circulantis nullum esse motum intestinum,
et universaliter nullum esse motum intestinum particularum ullius
fluidi in vase non moto comprehensi; nam si contineatur
fluidum in vase moto, partes fluidi erunt participes motûs
totius; sed hic motus non est ille motus intestinus de quo hic
loquimur: id autem si ostenderimus, evanescent complurimae
explicationes phaenomenorum à recentioribus Medicis adhi-
bitae, quae huic fluidorum intestino motui tanquam firmissimo
fulcro videntur superimpositae. Ut promissis satisfaciamus
advertendum volumus fluidum esse corpus omne cujus partes
vi utcunque illatae cedunt, et cedendo facile moventur inter se.
Haec definitio convenit cum hypothesi illâ Archimedeâ quae
ponit

ponit humidi eam esse naturam ut partibus ipsius æqua-
liter jacentibus, minus pressæ à magis pressis expellantur;
nam hac hypothesi palam assumit minus pressas partes
fluidi cedere magis pressis, h.e. cum minus pressæ respectu
magis pressarum quiescant (est enim minor motus respectu
majoris quies quædam) partes fluidi quiescentes magis motis
cedere. Ex his sequitur, quod si fluidum aliquod undiq; æqualiter
prematur (de æquali fluido nos loquimur, cum corpus hu-
manum omnesq; in eo contenta liquores ab aere et fluidis qui-
busvis ambientibus æqualiter undiq; premantur) tum partes
ipsius omnes æqualiter etiam premuntur, et absq; omni motu
quiescunt inter se. Esto itaq; in vase sphærico uniformiter
seu æqualiter presso fluidum quodvis, in eo si pars aliqua
movere incipit, omnesq; partes illi similes in eadem à cen-
tro distantia vel movebuntur versus centrum, vel versus
circumferentiam, servata eadem à centro distantia vel
movebuntur in plagam aliquam, sc. orientalem aut occiden-
talem; atqui cum fluidum supponatur homogeneum, erunt ipsius
partes singulares omnes aut æque graves, aut æque leves,
adeoq; æqualiter centrum, aut æqualiter circumferentiam pe-
tunt: Ergo nulla earum aliam quamvis è loco suo deturba-
bit, et sic permanebunt omnes partes in suis locis et quiescent
inter se; et cum pressio supponatur æqualis undiq; nullæ
partes erunt magis, nullæ minus pressæ, adeoq; ex Archimede,
nulla pars ex suo loco expelletur, et sic quælibet quiescet;
sed neq; eadem semota à sphæræ centro distantia move-
buntur in aliquam plagam partes fluidi homogenei et æ-
qualiter pressi; nam nulla est causa quæ possit efficere
ut in unam potius plagam quam in contrariam moveantur,
et non possunt movere simul in hanc et contrariam;
ergo in nullam movebuntur, præsertim cum partibus om-
nibus in plagam aliquam motis, totum fluidum debeat in
eandem movere, cum motus omnium partium in eandem pla-
gam sit idem cum motu totius in ipsam; atqui ex se im-
motum totum fluidum non potest movere in ullam plagam.
Et ut hæc clariora fiant, adverti velim extimam su-
perficiem aquæ puræ, v.g. vasi sphærico inclusæ, et sic
æqualiter pressæ, non posse ad vas continens propius mo-
vere, quia ista à vase comprimitur æqualiter, et est ei
contigua. Secunda autem superficies non potest, neque
ulla ejus pars, propius ad primam accedere, cum hæc à
vase et prima superficie æqualiter undiq; prematur, et
idem

idem obtinet in omnibus superficiebus sphæricis et concentricis ex quibus sphæra aquæ constat. Unde sequitur nullam earum superficierum, nullamque earum partem propius ad centrum vasis accedere: nam si ulla pars accedat ad centrum, illa deberet necessario sphæricam superficiem à centro minime distantem versus oppositum latus vasis expellere, et sic superficies lateris oppositi propius accederet ad ipsum vas continens, aut aliqua saltem ejus partes, contra quod prius probatum est: Ergo demonstratum est fluidi homogenei (quod genus fluidum est) immotas esse partes, seu fluida quævis intestino motu carere; atque si fluidum non sit homogeneum, partes graviores ad centrum versus quod tendunt descendunt, reliquis æque gravibus ad eandem à centro communi distantiam se componentibus, adeoque quiescentibus, per superiorem demonstrationem, et per ea quoque quæ ab Archimede sunt ostensa; ostendit enim illius doctrina partes omnes aquæ, v.g. (ut de hoc fluido loquamur, cum fluidorum omnium qua talium eadem est lex et proprietas universalis) esse æquilibratas, seu in æquilibrio consistentes, ita ut nulla sit centro terræ propior quam alia in eadem superficie, adeo ut superficies aquæ sit necessario sphærica, quoniam a superficie sphæræ lineæ rectæ ad centrum ductæ sunt æquales; et cum idem de quavis aquæ superficie verum sit, patet nullam aquæ particulam (adhoc ut aqua sit uniformiter fluida) debere ad centrum terræ accedere, aut ab eo recedere, adeoque aquæ partes esse inter se immotas. Ex dictis infero nullum inesse sanguini motum intestinum, adeoque nullam fermentationem sensu Willisij et illorum qui fermentationem cum motu intestino confundunt.

Cap. 5tum. De Oeconomia Animali.

Cibos dentibus comminutos, et salivâ, ut facilius adhuc postea molescere et ulteriori comminutioni cedere, madefactos, in ventriculum detrudimus, in quo (ope perpetui motûs à musculosa stomachi tunicâ peracti, et respirationis, in quâ Diaphragma ventriculum premit alternis vicibus deorsum) partes ciborum salivâ, aliisque glandularum seroſis liquoribus evoluta conquassantur,

debru

dobruduntur et in minores partes dividuntur, donec parvi-
tatem eam acquirant, quae requiritur ad fluidum ex iis cum glan-
dularum liquoribus et potu assumpto componendum; cui appel-
latio Chyli tribuitur: adeoque partes non aliqua fermenti
stomachi vi solvuntur in partes essentiales (ut vocant) aut
Elementa sive Chymica sive alia quaevis, separatione
nim. aliquarum diversi generis prius unitarum, et unione
aliarum prius separatarum, ut fit in fermentatione v.g. vini,
in quo partes tartareae, reliquis prius unitae, separantur, et
prius separatae phlegmatis et olei partes propius uniuntur
et spiritus componunt. Verum in coctione quae fit in ven-
triculo cibi comminuuntur in partes integrantes totis sangui-
nis similes, sed minores; eo prorsus modo quo corallia
super marmore aspersâ aquâ teruntur, reducunturque in ×
pulverem impalpabilem, cujus partes in parva corallia, et
non corallii principia nexu soluta minuuntur. Ad rei
hujus probationem non opus esse videtur alio argumen-
to, quam quod in ventriculis et intestinis piscium majorum
qui minores devorarunt, Chylus concoctus nihil aliud
sit quam liquor innatantibus fibrillis carnis piscium vora-
torum (quas facile est microscopio dignoscere et observare)
talibus fibrillis, inquam, seu partibus partium fibrarum non
nisi mole differentibus à magnis, h.e. in coctis carnis frustis.

Chylus itaque in ventriculo elaboratus, contractione ven-
triculi alterna et musculorum adsitorum, in intestina extru- ×
ditur, in quorum principiis liquore felleo et sero pancreatico
diluuntur, qui liquores nullam neque cum Chylo neque secum ul-
lam ineunt effervescentiam, sed placide et mitissime admis-
centur Chylo et sibi mutuo, ut multis experimentis patuit;
verum eorum liquorum ope major Chylo conciliatur fluidi-
tas. unde fit ut partes ciborum aliquatenus ventriculi
motu solutae. Sed defectu sufficientis proportionis liqui-
di, non satis à se invicem dissitae, unaque adhuc aliis su-
perincumbentes, tandem amplius spatii in ampliore flui-
do nactae, à se invicem facilius se movere possunt, et
minores à majoribus extricari; cumque hae majores sive
minus coctae non possunt ob magnitudinem suam ma-
gno numero in vasa Chylifera intrudi, per longitudinem
intestinorum depelluntur, et in iis putrescunt cum extra
animalis i.e. extra circulationis aream (cujus initium in vasis
lacteis) consistant; omnia enim, uti carnes mortuorum animalium

et

et herbæ, &c. quæ coqui seu digeri possunt, ea extra ani-
mal putrescunt: Ex his sequitur meliorem et citiorem
fore concoctionem interdiu et dum vigilamus, quam no-
ctu et dum dormimus, quoniam dum vigilamus fre-
quentius diaphragma musculosq; abdominis, corpusq;
totum magis exercemus, et ventriculum sæpius compri-
mimus.

Sequitur nos etiam placide deambulantes, aut motu lente
nosmet exercentes, perfectius cibum concoquere, quam per-
otes sedentes, immotos, multoq; adhuc melius quam si fere
immoti studijs intendamus; tunc enim ita advocatur
mens, ut rarius quam in somno spiritum ducamus, musculosq;
rarius moveamus.

Quod autem melius hyeme coquamus quam in æstate, sententiam
nostram firmat, cum hyeme cogamur ad arcendum frigoris
sensum validius et sæpius corpus motu exercere, quam æsta-
te; fermentum autem illud stomachicum, sive sit saliva, sive
sit serum e glandulis ventriculi exsudans, nihil aliud prorsus
confert ad concoctionem ciborum, quam ut molliscant, et sic
facilius comminui possint; neq; hi liquores confluunt
in ventriculum ut coctionem efficiant, sed coctio, h.e. den-
sitas et ventriculi et œsophagi motus efficiunt ut liquores
illi exprimantur, et eo tum confluant; nam eos liquores
coctionem non administrare, exinde patet, quod immissi
in locum æque calidum, ac est ventriculus, sed immotum,
carnes aut herbas nunquam in chylum sunt mutaturi, ut
mirum sit, sero sanguinis, quale ex glandulis solum excer-
nitur, facultatem cibos solidos vertendi in liquorem chylifor-
mem adscribi, cum serum evidenter non sit panis, carnium,
herbarumq; solvendarum menstruum: sed totum hoc negotium facilius
intelligetur et planius confirmabitur ex Consideratione ma-
chinæ D. Boyle pro digestione a Papino descripta, in
quâ nullius ope fermenti, sed solius caloris, et pressione ad-
ris rarefacti et exitum non invenientis, ossa carnesq; pauca-
addita aquâ in gelatinam abeunt, ut nihil desit ut vere
Chylus dicatur, præter motum et sæpius repetitam corporis
deterentis superficiem.

Chylus itaq; confectus per vias satis notas, sanguini ad-
miscetur; cujus natura ut innotesceat, experimenta recensen-
da sunt in sanguine extra vasa misso tentata. Aperta itaq;
venâ jugulari et arteriâ carotide ejusdem animalis, et san-
guine arterioso et venoso diversis vasis immisso,
sanguis

Sanguis venosus cum nihil admisti fuerat, spatio [illegible] perfecte coagulatus erat sine ulla serositate; infima pars erat nigra.

Sanguis arteriosus eodem coagulabatur temporis spatio, sed fortius quam venosus, neque niger erat in infima parte.

Venosus cui admistum fuerat oleum Vitrioli coagulabatur fortiter, et illico colorem acquirebat aeruginosum, cum seri separatione.

Arteriosus eodem admistus eadem praebebat.

Venosus admisto Spiritu Salis Armon: non coagulabatur, et servabat colorem sanguinis, qui tamen erat nigro rubicundior. Arteriosus eodem admistus eadem praebebat, sed color erat a nigro abhorrentior.

Ven. admisto oleo ♀ri non coagulabatur, solum pellicula superficiei inducta est, et color ad igneum et flammeum propius accedebat. Arteriosus eadem praebebat.

Ven. spiritu Urini admisto Salis fortiter coagulabatur, sed in grumos, cum magna seri separatione, et color erat atro-rubens. Arteriosus eadem praebebat.

Ven. admisto extract. Gallarum grumescebat separato sero, superficie rutilante, et parte infima rubra. Art. eadem.

Ven. admisto Spiritu Nitri coagulum contrahebat satis molle et muco plenum, amissa omni sanguinis rubedine. Art. eadem.

Ven. admisto Spiritu Salis communis cum aqua font. non coagulabatur, color tantum mutatus erat; sed Sp. Salis communis simplici coagulabatur ac cum Sp. Nitri. Art. eadem, nisi quod liquidior et rutilantior fuerat venoso per admissionem Sp. Salis cum aqua.

Ven. admisto succo Acetosae non eodem modo coagulabatur ac sanguis purus, tantum pars solum coagulabatur, reliquum erat serosum, sed totus erat calor. Art. eodem succo admistus non coagulabatur, sed tantum ei inducta est pellicula; color idem erat cum venoso.

Ven. admisto succo Cicutae fortiter coagulabatur, color a colore puri vix diversus, nisi quod superficies erat lividior, et ad Cyaneum accedens. Art. eodem succo admisto, colore similis, non tamen erat adeo fortiter coagulatus, et minus quoque fortiter quam sanguis purus. Eadem quoque contigere utrique sanguini admisto succo Solani Lethiferi.

Ven. admisto succo Serpentariae minus coagulabatur quam sanguis purus, sed lividior erat, serositate supernatante decolore. Art. eodem admistus adhuc minus coagulabatur

cabatur. caetera venoso similis.

Ven. admisso succo flor. Sambuci coagulabatur eodem-modo ut sanguis purus, sed color erat lividior Art. eodem admisso coagulabatur

Ven. admisso succo Hellebori nigri non adeo coagulabatur ac purus sanguis, at pars infima minus erat atra quam in sanguine puro. Art. eadem praebebat.

Ven. admisso succo Lavend. non coagulabatur, sed paulo nigrior factus est. et Art. multo nigrior arterioso puro, ita ut totus niger factus sit.

Ven. admisso Salviae succo neque coagulabatur, neque colorem mutabat. Art. autem lividior erat ipso puro, sed non coagulabatur.

Ven. succo Imperat. admisso in infima parte aliquatenus coagulabatur, et pellicula inducta est supremae parti; sed post horam cum dimidio totus coagulabatur, colore paulo obscuriore venoso puro. Art. eodem admisso prorsus non coagulatus est. colore multo nigriore.

Ven. admisso Extract. Theae vix coagulatus est, sed admodum ater evasit, quum Extract: fuerat coloris rubri. Art. autem nullo modo coagulabatur, nisi in medio, cujus color erat rutilans, reliqua pars constabat fere admodum nigra.

Ven. admisso succo Absinthii non coagulabatur, sed praebebat sedimentum atro-rubens. Art. caetera similis sedimento carebat.

Ven. cum succo Melissae non coagulabatur, sed praebebat sedimentum admodum lividum; color reliqui liquoris ater erat. Art. eodem modo se habebat.

Ven. cum succo Alchimillae praecipitabat grumas atrorubeas. reliqua pars triplo major livida erat. Art. autem nullo modo coagulabatur

Ven. cum succo Bistortae coagulabatur mollities in infimâ parte, suprema pars erat liquida, et omnia fere aerugi=nosa. Art. autem eodem modo.

Ven. cum succo Artemisiae minus coagulabatur quam sanguis purus; coagulum autem quod formabatur erat coloris lividi et cyanei in supremâ parte; infima pars minus nigra quam venosi nigri; sed post horam cum dimidio prorsus coagulabatur, et rutilans evasit exceptâ pelliculâ su=premâ

supremâ. quæ erat colore lividior cyanei. Art. eo=dem modo.

Ven. cum succo foliorum Scorzoneræ vix coagulabatur, sed liquidus permanebat. et colorem eundem cum veno-so puro. Art. cum eodem succo eundem colorem habebat cum arterioso puro, et vix dimidia ejus pars coagulabatur.

Ven. cum succo Cichorij sylvestris non coagulabatur; sedi-mentum habebat æruginosum, suprema pars erat valde ni=gra. Art. etiam non coagulabat; sed paulo spissior factus est, et minus erat ater quam venosus cum succo illo, et coloris erat flavioris.

Ven. cum succo Menthæ crispæ non coagulabatur; colore eodem cum sanguine puro venoso. Art. eodem erat colore, sed leviter in grumos coactus.

Succus Chelid. minoris venoso admissus coagulationem minorem faciebat quam venosi puri, et colorem obscuri=orem. Art. eodem succo admissus fortius est coagulatus, et ruti=lantior evasit.

Ven. cum succo Raphan. Rust. coagulabatur eodem modo quo venosus purus, et colore eodem. Art. cætera similis, præci=pue flavior erat in superficie.

Ven. cum succo Tanaceti non coagulabatur, sed tamen spissi=or evasit; in fundo parvulus grumus inventus est. Art. eo=dem succo fortius coagulatus est.

Ven. cum sale lixivioso Tamarisci non admodum coagu=labatur; sed paulo spissior evasit non mutato colore. Art. eodem admisso fortiter coagulabatur, et colorem contrahebat rutilantiorem colore arteriosi puri.

Ven. cum sale caulium et corticum Fabarum non coagulaba=tur, sed paulo spissior evasit, colore non mutato. Art. neque coagulabatur, neque spissior evadebat, sed colorem obscuriorem induebat.

Ven. cum sale Erucæ absque coagulatione rutilantior evasit quam venosus purus; itidem Arteriosus.

Ven. cum sale Millefolii sine coagulatione colorem induebat valde æruginem; Art. autem evadebat spissior, et colorem induebat atro-griseum.

Ven. cum sale Pulegij regalis paulo spissior evasit, et coloris æruginei. Art. eadem, sed magis æruginosus.

Ven. cum sale Rorismarini fortiter coagulabatur cum colore inter rubrum et purpureum. Art. minus coagulabatur.

Ven.

Ven. cum Sale Thymi fortiter coagulabatur et colorem contrahebat obscuriorem quam cui admissus erat Sal Rorismarini. Art. prorsus non coagulabatur, sed paulo spissior factus, color erat eodem cum venoso prædicto.
Ven. cum Sale Bursæ pastoris prorsus non coagulabatur, et color erat clarioris quam venosi puri. Art. cætera venoso similis, color erat adhuc clarior.
Ven. cum Sale Herbæ ... prorsus non coagulabatur, sed paulo spissior evasit; color erat multo clarior quam venosi puri. Art. nec spissior evasit, sed prorsus liquidus mansit; cætera venoso prædicto similis.
Eadem prorsus contingebant admissis Salibus Chelidonii minoris, Fraxini, Hyperici, Alchimillæ, Chamædryos, Melissæ.
Ven. cum Sale fixo Meliloti coagulabatur cum colore atro-rubente. Art. autem non coagulabatur, sed color erat omnis rubedinis expers.

Experimenta quædam de Sero sang. venosi.

Serum hoc admisso Sp. vini præcipitabatur in grumos albicantes.
Cum Sp. ✱ci nulla facta est mutatio.
Cum oleo ♀ri nulla.
Cum Sp. ⊕li fortiter coagulabatur.
Cum Sp. Nitri fortius cum colore gryseo.
Cum Sp. Salis Communis æque fortiter.
Denique cum Sp. Melissæ solum turbabatur et nigrescebat sine coagulatione.

Post explicata circa Sang. experimenta quibus scire possumus quænam ei coagulando, aut liquefaciendo, aut in naturali fluxilitate detinendo sint comparata, gradum facimus ad illa vulgo requiri solita, viz. Quomodo Sang. fiat? et in quo loco? Quomodo corpus nutriatur? et talia.
Diximus Chylificationem esse communem partium cibi per motum Ventriculi partiumque adjacentium attritionem; quod etiam innotescere potest ex more avium quarundam, quæ lapillos et arenulas asperas devorant quibus cibos atterere possint, et canes eosque reliquias à ventriculo abrasas expellere, quæ impediunt quo minus ventriculi tunica cibis atterendis se facile applicet: Eadem etiam ratione.
Diximus

dicimus sanguificationem esse comminutionem partes Chyli per motus cordis et arteriarum, contenta sua, praesertim in pulmonibus, comprimentium, per quem fit ut Chyli partes evadant aeque parvae ac partes sanguinis, et aeque lubricae, ita ut possint aequè facilè ac hae supra illas et se invicem labi et excurrere; adeoque cum iis liquidum ad sensum homogeneum, intra canales constituere: Unde ad sanguificationem non putamus esse in corde aliisve partibus ullâ fermentatione opus.

Nutriuntur autem à sang. partes corporis nostri, cum ex eo sint, et in locum deperditarum quotidie novae ex massâ sanguineâ succedunt. Pars autem qualibet non integri sang. corpore nutritur, nec etiam solo sero; evidens enim est ossa non fieri ex rubra sanguinis parte, nec ex sero sanguinis integro, sed ex gypseâ quadam et durâ parte in multis et minimis portionibus sanguinis innatante, adeoque ex hac parte nutriri, cum partes iis nutriantur ex quibus constantur.

Spiritus Animales, Nat. et Vit.

Hic verò explicandae sunt voces quaedam, quarum apud medicos, praesertim veteres, pervolua est mentio, quasque adeoque intelligere et cognoscere oportet.

Multa nempe loquuntur illi de Spiritu Animali, Naturali, et Vitali quos servire volunt totidem facultatibus eadem denominatione politis.

Facultas Natur. etc.

Facultatem naturalem vocant eam, quâ actiones ad individui et speciei conservationem spectantes eliciuntur. Hae autem sunt Generatio et Nutritio, nam augmentum est tantum major nutritio.

Facultatem Vitalem vocant eam quâ pulsus fit, calorque propagatur in universum corpus, et Respiratio absolvitur.

Denique Animalem vocant facultatem quâ sentimus, et nos nostraque membra movemus.

Zypeus. Walsh.

Recentiores, ut Zypeus et Walshi clamant haec non posse intelligere neque admittere; nos tamen rem explicabimus ut possit intelligi, et admitti debeat. Est ergo Facultas Naturalis ea vis circulationis sanguinis orta quae conspicitur in secretionibus omnibus intra corpus nostrum factis, eâ solâ secretione exceptâ quae fit in extremitatibus nervorum: Ergo Sp. naturalis est sanguis venosus, aut

Sp. Natur.

liquor quivis sanguineus in venis nascentibus, aut in ullo vase, praeter non-capillares arterias et nervos, comprae

comprehensus; ille enim sanguis venosus qui mini-
mis venis continetur corporis partes nutrit, quod officium
Sp. Naturalis esse volunt antiqui. Facultas vitalis est
vis cordis muscularis, quâ sanguinem expellit in univer-
sum corpus; et ante definivimus Vitam esse circulatio-
nem istam sanguinis; ~~unde~~ Sp. vitalis est sanguis | Sp. Vit.
arteriosus in arterijs nondum evanescentibus fluens; hic
enim pulsum producit et calorem partibus communicat;
in arterijs autem evanescentibus deficit spiritus, et ca-
lor imminuitur: pulsus autem et caloris diffusio spiritu-
um vitalium proprium est munus ex veteribus. Tandem
Facultas Animalis est vis ea quae à sanguine circulan-
te in cerebro exercetur per secretionem liquoris in ner-
vos derivabilis, qui liquor Sp. animalis dicitur; hic en- | Sp. Anim.
im motu suo in nobis sensum et motus omnes efficit, et
antiquorum et recentiorum sensu.

Hisce vocum definitionibus praemissis, postquam Chy-
lum sanguini admistum, et per vias notas ad cordis dextrum
ventriculum esse delatum supposuero, progrediar ad expli-
candum quod primum se nobis offert Respirationis huma-
nae negotium, idque paucis verbis.

Experimentis tot multis manifestum est aerem esse gra- | Respiratio.
vem; est autem aer etiam fluidus; ergo ex naturâ flui-
di irrumpit aer in quemcunque locum exhaustum, seu in quo
minorem invenit resistentiam et pressionem quam ea
est quam patitur à reliquo superincumbente aere; ergo in
primâ nativitate Larynx aere replebitur; inde gravitas
aeris externi tollitur ab interno, seu erit aequipondium
inter externum et internum aerem, et tunc primum possunt mu-
sculi pectus dilatantes in actionem venire; antea enim
irr-
uisset aer in cavitatem pectoris, premebatur superfici-
es externa thoracis aeris pondere aequante pondus ☿ij
27 vel 28 digitos alti, et latitudinem eandem cum thorace
habentis, adeoque non poterant musculi thoracis dilatantes
inflari, et sic contrahi, ob illam pressionem, adeoque nec
thorax dilatari, sed immissa ea aeris copia, quae cum il-
lo externo aequilibrium constituit, quaevis minima facultas,
aut vis spirituum animalium potest musculos inspirationi
inservientes inflare, et sic contrahere. At si musculos pe-
ctus elevantes et dilatantes contrahimus, necessario de-
bebit

debebit cavitas thoracis amplior evadere; et cum illa quâ thoraci ex hac dilatatione accessit amplitudo interna, seu capacitas, aut sit vacua aut fluido quodam minime resistente plena, debebit aër in eam ulterius irrumpere; at irrumpere non potest nisi per asperam arteriam, per cujus ramulas dispergi debebit in omnes pulmonis lobulos, et vesicas tubulorum formabiles, cum partim premat proprio pondere, et superincumbentis reliqui aëris gravitate adusque ultimas vesicularum cavernulas, et actio actionum vero [illegible] appellatur Inspiratio. Cum vero effluxus sp. animalium è nervis in musculos alternatim fiat, cessante impetu influxus, cessabit etiam inflatio et contractio musculorum intercostalium; adeoque delabentur costae pondere suo depressae in antiquum situm, quem ante inspirationem inchoatam habebant, et sic intercapedo pectoris evadet angustior, corruentibus et in se ipsis compulsis vi delabentium costarum pulmonibus; unde fit, ut qui in majoribus tracheae ductibus continebatur aër, per eos extrudatur, aëri illi qui in interiores pulmones evaserat reditu praecluso, qui idcirco ulterius in intima pulmonis adita actus, capillares arteriae pulmonariae propagines pondere suo et è latere comprimet, et sanguinem propellet in propagines venae pulmonariae, ad sinistrum cordis ventriculum ducentis: Unde patet actionem aëris in pulmones recepti, sive Respirationis, esse comminutionem sanguinis eam quae requiritur ut facile possit sanguis subire et transire vasa pulmonaria, et sic ad cor deferri eodem modo quo diximus actionem ventriculi seu coctionem, esse ciborum comminutionem eam quae requiritur ut illi possint subire et transire vasa lactea, et sic ad Receptaculum Chyli deferri. Nam quod nonnulli asserunt omnes, aërem, aut ex aëre particulas quasdam, sive sulphureas, sive nitrosas, Respiratione sanguini in vasis pulmonalibus admisceri, mihi non est credibile, cum vasa arteriosa et venosa pulmonum sint verè continua, ut postea probabimus, cum ostendemus venas ubique esse arteriis continuas; adeoque nulla sint aperta vasorum aut vasculorum ostiola, per quae aër possit liberè permeare ad sanguinem in pulmonibus fluentem.

Aër non admiscetur sanguini.

Venae arteriis continuae.

Sanguis à vena pulmonali in auriculam cordis sinistram fertur, et ex hac in cordis sinistrum ventriculum, è quo, per nervorum ministeria contracto, extruditur ad aortam ejusque ramos, quibus variis in visceribus corporibusque glandulosis, adnexa sunt

vasa

vasa partem aliquam Pneumoniae, reliquo sanguine ad dextrum cordis ventriculum per venas redeunte. Trusio illa a cordis sinu sinistro dilatationem facit arteriae ejusque ramorum insignium, quae digitos nostros tangentes repellit, pulsusque vocari debet, qui eodem tempore percipitur in omnibus majoribus, et varie distitis a corde arteriis, quia arteriae plenae semper sunt, adeoque impetus sanguinis cordi proximo impressus eodem tempore communicatur sanguini per totam arteriae longitudinem sensu notabiliter; adeoque eodem tempore quo cor contrahitur, sive ad pectus allidit, arteriae pulsant, dum ob intrusum sanguinem ex copia, ut a naturali capacitate arteriarum non possit contineri; cessante autem paulisper sanguinis intrudente, arteriae vi sua se contrahunt, adeoque propulso ulterius sanguine in seipsas coincidere usu receptum est ut sub nomine pulsus veniat, non solum violenta illa dilatatio arteriae, sive Diastole, sed contractio, sive Systole. Quia vero differentias multas observant pulsus, quas morbi morborumque mutationes subsequi solent, idcirco eorum differentias praecipuas paucis explicabimus.

Cum arteria dilatatur ultra limites consuetae dilatationis, dicitur pulsus Magnus, aut vehemens, aut validus; si non pertingat arteriae dilatatio ad limites consuetos, vocatur Pulsus parvus, aut debilis; at si inter dilatationes quasvis duas plus temporis intercipiatur quam intercipi solet, dicitur pulsus Rarus; si minus temporis, dicitur Frequens. Denique si arteriae tunica sit solito durior a quavis causa, dicitur pulsus Durus; si per causam contrariam sit mollior, dicitur pulsus Mollis, et dubium aliquid debet esse de postrema differentia, nam Celer et Tardus, si dantur, tamen a nobis observari nequeant. (loquimur enim de pulsibus Medico utilibus, et sic observationibus) quia pulsus dicitur Celer cum lectus ope observationis) quia arteria per minus tempus quam solet in dilatatione summa perseverat, Tardus cum per majus: atqui differentia temporum quibus arteria in diversis dilatationibus detineatur est insensibilis digito tangentis; quippe quavis hora in homine mediocriter sano edunt pulsus ter mille et sexcenti, cum pulsus quilibet respondeat horae minuto secundo, ex quo minuto pars aliqua debet insumi dum arteriae latera spatium aliquod percurrunt, donec ad summam dilata-

Pulsus quid.

Pulsus differentiae. Magnus et parvus.

Rarus et frequens.

Durus et Mollis.

Celer et Tardus.

3600 pulsus in hora.

dilatationem perveniant, alia pars intumi dum illa se reducunt ad angustias suas naturales: haec omnia tempore istius minuti secundi, sive partis horae ter millesimae sexagesimae, debent absolvi; unde patet illam partem istius minuti secundi quae relinquitur pro summae dilatationis duratione, debere esse tam parvam, ut non possimus minarum dignoscere ope digitorum attingentium. Deinde pulsus aequalis et intermittens sunt tantum species pulsus frequentis et rari; nam si frequentia aut raritas sanguini similis semper sit, dicitur pulsus aequalis; si non semper sit sanguini similis, dicitur pulsus inaequalis et intermittens.

Aequalis et Intermittens

Transimus ad considerationem sanguinis non amplius in nudis arteriis contenti, sed in viscera glandulasque distributi, in quibus varii liquores ab eo secernuntur. Nulli non est notum quaenam fiant in Hepate, Pancreate, Glandulisque subcutaneis, aliisque innumeris separatis ab Anatomicorum industria detectis et ingenio applicatis. Quare à talibus recensendis abstinemus, contenti tradidisse secretiones quae in Cerebro, Renibus, et Pellibus celebrantur, et proprietates aliquas Medicinae intelligendae utiles.

De Cerebro et Nervis.

Sanguis per arterias Carotidas, aliasque in Cerebrum derivatas, et glandulas extremitatibus arteriolarum appendentes, i.e. insertas, sibique saepius incurrentes destinatur arteriolarum ductus, tandem ingreditur: ex istis autem glandulis egrediuntur praeter venas sanguinis partem reducentes, filamenta nervos et medullae nervorum congeriem componentia, quae cum cava sint aliquam liquidi nervosi portionem assumunt, et in corporis omnes partes dimittunt, ut patet ex sensu perceptione et motu simul, in iis partibus ad quas nervi tendentes aguntur aut comprimuntur. Liquidi in arteriis contenti portio quae principia nervorum ingreditur ex parte duplici constat, alia quippe ejus pars est admodum nobilis et Spiritus nomine dignior; alia verò vinosior et calore crescens, avolantibus nempe partibus nobilioribus et minoribus quae fluiditatem majorem conciliabant. Haec omnia manifesta sunt ex sequenti experimento. Si canis viventis sterni et anterior Diaphragmatis portio cautè à se invicem separentur, ita ut nervi phrenici nil detrimenti capiant et alterutur horum, paulò superius antequam Diaphragmati se inserant, digitis comprimatur, tum paulò post moveri desinit Diaphragmatis, deinde pars intercepta inter insertionem et comprimentes digitos, alterius adstantis digitis per totum suum ductum ad insertionem usque comprimatur, ut possit exprimi,

Si

si quis superest in nervo succus, et Diaphragmati immitti,
tum rursus in motu redibit Diaphragma, eumque servabit
per aliquod tempus alterne se contrahendo.
Hoc peracto amoveantur pauxilli temporis à nervi conta=
ctu digiti, et postea rursus admotis et in compressionem
adductis cessabit à motu rursus Diaphragma, donec pars
nervi inferius intercepta, altera manu admota successive
inaniatur versus diaphragma; quippe rursus in motum dedu=
cetur ille musculus; Eademque saepius eveniunt; Ex quibus pos=
sumus tuto concludere motum liquidi nervorum non esse
celerem, cum tempus quo, laxato nervo, et constrictione
liberato, liquidum ipsius decurrit ad Diaphragma, sit non
minimum, sed observabile; non enim statim à compres=
sione sublata movetur Diaphragma rursus, sed opus est
successive manus opera ut deducatur ex parte nervi in=
tercepta liquor in musculum subjectum. h.e. non solum illum
non esse summe mobilem probat, verum etiam esse ejus
partem aliquam haerentem et viscosam. Sequitur hinc spiri=
tus animales non semper et continue fluere, sed interrupte
et alternis vicibus effluere, sive oscula extima nervo=
rum esse alternatim aperta et clausa. quod patet ex eo, quod
Diaphragma alternis vicibus in motum veniat, ut laedam
do corde; nam quia motus Diaphragmatis necessario ef=
fluxui liquoris animalis respondet, cum ab eo producatur,
debebit necessario effluxus hic non esse perpetuus, sed
alternus; effectus tamen sp. animalis videntur celeriter
produci, cum nervi liquore, in hominibus sanis, semper
sint pleni, ita ut minimus impetus per totam nervorum
longitudinem in puncto temporis possit deferri: diligen=
ter autem adnotari debet motum quidem animalem effici
ab Influxu sp. animalis in musculos, sive ab eorum motu dire=
cto et longitudinali; verum sensum peragi per Refluxum
sp. animalis in cerebrum versus originem nervorum. Cum
autem Refluxus fit (uti fieri debet in quavis sensatione,
objecto nempe extremitatem proximam nervi per se aut
per partes à se emissas feriente et comprimente; unde
fit ut pars nervi illi proxima dilatetur refluente liqui=
do, parte vicina et superiore interim contracta, et sic al=
ternatim contrahendo et dilatando excitantur undae intra
nervos, in quibus mechanica sensus ratio consistit) per

dorbz

Motus Anim. ab Influxu. Sensus à Refluxu sp. an. peragitur.

..rbum aliquem oriundum à majori trunco, per cujus-
trunci ramos reliquos non fit eodem tempore refluxus cum eodem
impetu, necesse est ut derivetur in reliquos ramos consue-
ta animalis consueta major; nam pars liquidi illo ra-
mo refluentis distribuetur per reliquos in quibus nullus est
refluxus, quia non potest eadem facilitate impelli in
ramum per quem liquidum refluebat, ob majorem sc. re-
sistentiam; verum post per breve tempus derivatur
in ramum per quem refluxus fiebat copia liquidi consue-
tâ major: nam per illum refluxum ramus concutitur plus
solito, truncus etiam concutitur plus solito, et sic decidet
liquidum è trunco majore quantitate in omnes ejus ramos.

De Urinâ

A Cerebro ad matulam descendamus, è quâ educta uri-
na vasique fictili et aperto indita, sinatur super igne-
non modico incalescere et ebullire; dum ebullit, urina fit
sensim coloris obscurioris et consistentiae crassioris, itaut
spatio trium horarum si lib. 12. urinae initio sint assum-
ptae, potest magna pars evaporare, et in fundo relinque-
re sedimentum crassum, salsum, obscurum: huic sedimento
si aquam fontanam admiseris partitis vicibus, donec
vas aquâ plenum sit, ac ante evaporationem fuerat, re-
cuperabis urinam primò assumptae simillimam, quaeque
omnia phaenomena exhibebit urinae naturali adscripta.
Haec est artificialis urina, quae distillatione easdem im-
pertiet quas à naturali impetrare solent chymici. Hinc
sequitur urinam componi ex aquâ, sale communi, et terrâ;
cum et naturalis et artificialis urina incipiente putre-
dine sedimentum habeant pulverulentum et insipidum, quod
terreum dici potest. Hinc etiam patet in urinis hyposta-
ticis inesse partes salis et terrae in urina gravissimas,
quae adeo ima tenent; partes autem salis et terrae uno-
gradu leviores, quae suspensiones et enaeoremata vocantur,
in medio fere loco fluitant, supremo loco relicto nubi
seu nubeculae ex levissimis solidaris partibus urinae la-
tentis conflatae.

Urina artificialis.

e

Cum Urina primò excernitur plerumque conspicitur color
flavedinis citrinae, qui dependet à proportione salis et tar-
tari et aquei liquoris admistorum, ita ut si nihil aut
parum salis et tartari admisceri contingat, nullus urinae
futurus sit color, praeter qui aqueae perspicuitati adjun-
gitur; quo verò plus salis et tartari aqueis partibus

admis:

admissor, aut quod eodem redit, quo minus aquæ respe-
ctu reliquarum urinæ partium superest, eo obscurior est et sa-
turatior color, ut patet ex evaporatione illâ urinæ, quæ
eo evadit obscurior quo plus aquæ naturæ evaporat,
coloris autem parcior, eo magis erit urina aut perspicua,
aut coloris albicantis, quo plus erit aquæ cum pauco sa-
le; aut salis cum paucâ aquâ aut utriusque respectu modi-
cæ aut nullius terræ, cum terra præcipuè nigricantem colo-
rem inducat, cum non sit corpus clarum, aqua verò sit
perspicua, et sal instar chrystalli lucidi transmittentis; Unde
sequitur, existente parvâ aut nullâ quantitate terræ, apta
verò proportione aquæ et salis, urinam qualis est illa sa-
norum, debere esse coloris non quidem prorsus aquei, sed
aliquanto magis saturi sive subflavi; nam albus urinæ
color provenit (cum urinæ nil tenax insit) à magnâ par-
tis salinarum coacervatarum copia non multâ aquâ innatante.
Denique adverti debet, quod cum urina primò excernitur,
neque nubecula, neque enæorema, nec hypostasis appareat, sed
hæc conspicua fiunt postquam urina aliquamdiu immota
persistit; nam cum sal et terra, quæ faciunt contenta uri-
næ, prius cum ea in sanguine circulationem obierant, ante-
quam in renibus à reliquo sanguine fuerint exclusa, oporte-
tet ut ante exclusionem habuerint vires nutricis in diver-
sa tendentes, cum sint diversæ molis et gravitatis; atqui
licet sint diversâ mole et gravitate, adeoque diversâ
motus quantitate fuerint instructa (cum motus quantitas
æstimetur per molem ductam seu multiplicatam in celeri-
tatem, atque adeò cum eadem mole si diversæ celeritates con-
jungantur, diversæ sunt motus quantitates impetusque diver-
si) quamdiu tamen intra sinum sanguinis labuntur, ab illius
motu prævalente abripiuntur, et impediuntur quo minus in
diversa loca motibus suis debita, diffluant; verum post-
quam è sanguine eliminata extra corpus posita sunt,
cessante impetu confusionis, quem simul cum-
cum reliquo sanguine à corde et arteriis comparant, pars quæque locum
suæ fluiditati respondentem occupat; durat tamen post
mutationem per aliquod tempus impetus ille quem in san-
guine conceperat, et quamdiu durat non apparent contenta.
Unde sequitur, ut contenta melius agnoscantur et natura
contentorum et quid sibi velitta virium habeant, debere vas
urinam vehens persistere immotum, et tam à nimio calore
(nimis

(nimis hic calorem voco eum qui aestivus incipientem vincit) quam a nimio frigore quod aestivae noctis frigus superat, immuniter praeservari, alioquin calor motu satis et longo confusum sustinebit protrahendo et urinam semper liquidam efficiet, frigus vero subito partes urinae omnes constringendo, antequam se possint unae ab aliis extricare, eas fortiter implicabit, turbidamque urinam ubique ostendit.

De Testibus.

Tandem ad officium testium explicandum pueris inutilium nobis, nemini sane notum non est in iis contineri semen duplex, nempe in mulieribus ovula, et viris liquorem quendam sine quo ista non sunt foecunda, et cum reliqua satis videantur declarata a D. Drelincurtio, unum superest inquirendum: Quo ritu semen virile foecundat ovula foeminea: summa vero quae cum maxima verisimilitudine a viris doctissimis affirmantur, hoc est, partes spirituosas et salinas seminis virilis penetrare per poros tunicarum ovuli foeminei, plerumque in utero, aliquando in tubis sitis, et in iis locis intra ovum receptas liquorem ovuli agitare, et in colliquamentum reducere, particulis seminis virilis ad diversa loca a primo motore seu vi plastica assignata se recipientibus juxta varios gradus motus et elasticitatis et mutuae congruitatis.

Quomodo semen virile foecundat ova foeminea?

Verum haec quamvis in re tam obscura, possint quibusdam satisfacere, cum tamen pugnent cum veritatibus notissimis, non debent assensum impetrare: nam ut taceam impossibilitatem ut particulae cujuscunque demum figurae aut molis irruentes in spatium liquore plenum et tunica cinctum tensili queant formare aliud intra illam tunicam corpus quam sphaericum, cujus superficies extima sit crassior, si liquor non moveatur in verticem, vel si moveatur in verticem in centrum confluent ejus partes crassiores, ad latera expulsis tenuioribus, adeoque nunquam ut corpus humano simile ista ratione possit formari. Ut, inquam, taceam ista, quorum tamen veritas constat, velim ut animadvertatis in omnibus quae excogitata sunt ad explicandam primam foetus in ovo formationem hypothesibus, necessario hoc quidem assumptum fuisse, sc. spirituosas seminis virilis partes in locum aliquem confluere in quo rarefactae corculum constituant, quodque motu suo dilatant, et ex quo postea erumpunt, et ad quod redeunt repercussae ab ambientibus ovuli membranis, quod est impossibile, cum cor non dilatetur a sanguine irruente, sed debuit primo contrahi priusquam spirituosa seminis pars in ambitum pellatur; atqui contractio cordis fieri nequit sine spiritus animalis influxu, neque influxus iste fieri, nisi formatus

sit

sit cor, quod sanguinem ad cerebrum pellat: unde liquet eodem tempore formata esse cor et cerebrum et arterias et nervos; atqui haec simul formari non potuerunt ab illis particulis seminis virilis quolibet motu. Unde sequitur partes seminis invadentes habuisse formatas in se cor et cerebrum ante factam invasionem; et necesse erit agnoscere corpus animalis, quale extra uterum cernitur, extitisse. Sed multo minus, non quidem in ovo, cum hoc sit ex se infaecundum, sed in semine masculino, nutriendum postea in ovo: unde absque omni ope microscopii pervenimus ad animalcula in semine masculine, quae ovulis feminarum faecunditatem largiuntur.

Animalcula in semine.

Ratum ergo sit inesse cuivis guttae seminis masculini animalcula numero innumera et sexu distincta; quippe feminae ova gerunt in vesiculis [illegible] faecunditatis horam expectantia; viri vero liquorem fabrum animalculis faecundaturis priora ovula, animalculis, inquam, duplicis sexus: ita ut hinc facile intelligi possit in primo homine omnes homines fuisse; hinc etiam facile solvi possunt quaestiones vulgatae.

Omnes homines in primo homine.

Observationem unam apponam vobis utilem. Si gonorrhaea Gallica laborantis semen lustraveritis, microscopio adjuti videbitis, si gonorrhaea non sit debilitata, animalcula sine motu et vere mortua, at si moveantur quaquaversum morbus est superatus, quamvis alia signa sanitatis recuperatae non adsint. Verum licet quaestio de formatione foetus in utero ad medicos spectare videatur, illa tamen de formatione eorum animalculorum in semine masculino, propriè pertinet ad Theologos, quibus in hac inquisitione progressus faveat optamus, neque unquam Theologi explicabunt peccatum suum originale absque hac hypothesi.

De nutritione.

Proximus labor erit modum nutritionis foetus extra uterum explicare, et quoniam exemplo res melius quam nuda et generali oratione intelligitur, explicabo vobis breviter modum quo ossa nutriri videntur et crescere, a novissima anatomicorum industria suppeditatum.

Nutritio ossium.

Superficies ossis concentricae nihil aliud sunt quam membranae pares sibi mutuo superimpositae, quarum pori replentur a corporibus duris et succo durante derivatis. Hic succus per arterias advectus (refluentibus per venas partibus fluidioribus) exsudat in poris membranarum quae circumvolutae os constituunt; at quia vis illa quae expelluntur a sanguine neque est nulla, neque

neque est semper eadem, idcirco non semper cessat quam=
primum partes istæ duræ et concrescibiles perveniunt in
poros; sed sæpe tanta, ut eas partes trans ipsam primò
occurrentem membranam adigat, et inter duas quasvis
membranas extendi cogat, cum cæteris paribus, minor sit
resistentia ab intercapedine duarum membranarum, quam
ab ipsarum superficie; quare facilius materia quævis flu=
et supra superficiem ipsarum quaquaversum quam eam =
penetrabit. Descripti prostant claviculi quatuor generum
destinati connectendis superficiebus ossium squamosis, quorum
alij tanquam cylindri, duas pluresve membranas perfor=
ant ad angulos rectos, alij verò ad obliquos, quidam ve=
rò referunt cylindrum unâ sui extremitate adnatentem
sphæræ diametri majoris; denique nonnulli in directum jacent
sed curvi putant. hos claviculos ossium laminis alligandis in=
servire, esseque istæ partes membranarum ossium succo gypseo
intus ad extra ductos; sed falluntur; nam cum non semper
exsudet æqualis quantitas ex arterijs succi concrescibilis,
neque quæ exsudat, semper constat partibus æqualiter co=
hærentibus, necesse est ut si quantitas solita major et
magis compacta exsudet, ea non debet adeò facile difflu=
ere in membranarum intercapedinem sive ad latera, sed
recta propelli versus proximam laminam, quæ cohæsio
partium major est cohæsione partium membranæ illius, quam
idcirco penetrabit materia gypsea ex partibus duris, sta=
tim una post aliam exsudantibus, conflata. Hæc materia
post membranarum secundam penetrabit sive perpendicula=
riter, sive obliquè; si ibi impetus cesset, primum vel secundum
claviculum constituet; at si impetus non planè cesset, urge=
atque à tergo exsudans materia, non tamen eo momento quod
requiritur ad tertiam membranam perforandam, seu poros
ejus dilatandos, et cohæsionem fibrarum ipsius superandam,
attingit membranam hanc, sed ab ipsa repellitur, et si quidem
ad angulos rectos ei occurrit, caput (i.e. cuspis) claviculi
evadet sphæricum; nam cum non declinet claviculus magis
in unam partem quam in alteram membranæ, h.e. decli=
net in omnes partes æqualiter, ideoque globulus evadet ea
parte qua impetum facit; verum si claviculus obliquo tra=
mite impetum facit, reflectetur versus partes anguli obtu=
si, à quibus nempe impetum non facit, et per quas conse=
quenter membranæ reflectenti minimè resistit, sive regit,
et hoc

et hoc genus claviculi cursu erit sive inflexu ad angulum. Unde non opus est credere hos claviculos factos esse ut ossa connectant, sed illi enascuntur ex sola necessitate inaequalis extudationis et variantis consistentiae succi ossei quaquaversum; membranae ideo possunt quaquaversum dilatari, pluribus succi gypsei partibus in ipsarum poros illapsis, et in longum latumque distrahentibus; et cum membranae originales et primaevae sint etiam quoad crassitiem divisibiles, porosque juxta crassitiem obtineant situs, debeat poris illis repletis non solum incrassari, sed possunt ex una quoad crassitiem fieri duae; unde excurret inter ipsas materia gypsea, et sic alio de nomine fiat os crassius.

Ex his autem sequitur externas membranas magis tendi in latitudinem quam interiores; nihil enim est quod impediat dilatationem externae, quod non etiam impedire potest dilatationem interioris; atqui externa obstat dilatationi interioris; unde cum plures obstent interiori dilatandae, interior minus tenditur et dilatabitur. Quia ergo externa est tensissima et maxime dilatata, ejus pori erunt materia gypsea repletissimi; illa igitur erit durissima, ideoque tantundem magis resistit claviculorum dictorum perforationi: Unde non erit mirandum, claviculorum capita nulla in externa ossium superficie eminentia conspici. Et denique cum materia gypsea in motu suo per longitudinem occurrat minori superficiei quam in motu per latitudinem, adeoque minorem offendet resistentiam in extensione sua longum, quam in dilatatione in latum, cum extremitates ossis sit minoris superficiei, quam sunt latera, idcirco latius et magis crescunt in longitudinem quam in latitudinem; sed non solum ob minorem resistentiam, verum etiam ob majorem vim longitudinalem id fit. Nam si ossis primaevi sit major crassities, etiam copia succi gypsei erit secundum longitudinem major, adeoque majore vi in longum extenditur. Quare in ossibus, v.g. cranii, cum illa se in longitudinem curvam extendant, et in extremitatibus aequaliter dura sint, oportet aliquas partes utrinque retro pelli, ubi obvia fiunt, unde extantes in suturis cranii partes.

Cap: 67. De Morbo.

Postulat autem ordo ut postquam sanitatem, verumque sanitate fruentis partes aliquas descripsimus, ad declarandam morbi naturam accedamus. Sanitatem diximus esse vim illam qua vita fit infinite longa. Sanitas sic descripta, est

Sanitas

sanitas absoluta. At quia nemo nostrum sanitate abso-
lutâ fruitur, idcirco ipsius allata definitio erit medico
practico hujus ævi inutilis; sanitas enim omnis nos-
tra est relativa, eaque est optima quæ maxime ad ab-
solutam accedit: quare cum vitam definiverimus esse
circulationem sanguinis, vita sana seu sanitas relativa
erit circulatio sanguinis qualis solet esse plerisque homi-
nibus diutissime viventibus. Ergo morbus est circula-

Morbus quid?

tio sanguinis insolita seu mutatio motus sanguinis, si-
ve motus sanguinis circularis auctus vel diminutus,
aut per totum corpus: aut per aliquam solum corporis partem.

Morbus varie et inutiliter à medicis dividitur,
ut liquet ex Sennerto, Zypæo, et Willisio qui Senner-
ti scripta compilarunt.

Morborum divisiones

Mala est divisio in morbos partium similarium, et
organicos, et solutæ unitatis. Utiliter vero et doctrinæ
clarioris gratia dividi debuissent primo morbi in
simplices et compositos; nam morbus simplex est id
quod à scriptoribus Institutionum vocatur symptoma, et
quod à scriptoribus dicebatur
symptomatum complexio est id quod ab iis dicebatur
morbus, nobis vero morbus compositus. Et his primis
verbis, si considerentur, magna amovetur confusio ex
medicinæ Institutionibus, in quibus reperietis nullam
distinctam descriptionem morbi aut symptomatis.

Hinc inutiles sunt illæ divisiones symptomatis in
symptomata causæ morbificæ et morbi et symptomatis;
inutilia etiam erunt signa morborum distincta à signis
symptomatum, quæ tanto conatu describunt medici, et i-
nutiles enumerationes causarum morborum distinctarum
à causis symptomatum. Inutilis denique illa indicatio
quæ desumitur à symptomate urgente, quare distincta
sit à cæteris indicationibus. Quia vero u..s voluit
tenere à cæteris indicationibus morbi et symptomatis retinendam, mor-
ut vocabula morbi et symptomatis retineantur, mor-
bus simplex erit symptoma, et symptoma compo-
situm erit morbus

Divisionem morborum omnium, i.e. eorum genera,
optime per tabulas exhibuit Wedelius, licet in pl-
uribus erravit. Superest nunc ut inspiciamus quid
tradiderunt veteres et recentiores de causis morborum.

Causæ morborum.

Omnes una sententia sed diversis verbis, tra-
dunt eas quæ causæ morborum fiunt esse ... ex-
ternas vel internas. Externæ secundum illos vel neces-
sario nobis obveniunt, vel fortuito; et hæ posteriores,
cum incertæ sint numero, non possunt à medicis

omnes

omnes recenseri; at externa nobis ... obvenientes vocantur Sex res non naturales, nempe Aer, Cibus & Potus, Somnus et Vigiliæ, Motus et Quies, Excreta et Retenta, atque Animi Pathemata. Verum hæc series non est accurata, nam nonnullæ sunt harum rerum non-naturalium quarum vitia possumus devitare æque facile ac casum aut ictum, quæ sunt vitia motus nostri aut alieni pro fortuitis habita. Clarius ea omnia quæ causæ sunt morborum dividi possunt in actiones aliorum in corpus nostrum, et actiones corporis nostri in seipsum.

Actiones aliorum corporum in nostrum sunt proportionales viribus ipsorum, quæ vires à Philosophis traduntur, non est Medici eas describere, sed postulare ut iis tanquam notis liceret uti. Actiones corporis nostri in seipsum, quæ causæ morborum sunt, vel prorsus ab arbitrio nostro pendent, vel involuntariæ sunt. Prioris generis sunt Motus et Quies, Excreta et Retenta, atque Animi Pathemata. Posterioris generis sunt Respiratio et Perspiratio, Potatio et Comestio, Somnus et Vigiliæ.

Nam quod Excretionem et Retentionem ad prius genus retulerim, et Perspirationem ad posterius, ratio est hæc: per Excretionem hic intelligo non illam separationem naturalem vel involuntariam, e.g. crassiorum chyli partium secessum à reliquis, sed voluntariam sumtorum exclusionem per anum, sic sputa possunt a nobis volentibus deglutiri; sic Perspiratio ut et Respiratio potest à nobis impediri, si in aquam gelidam nosmet immittamus, aut ex parte aut toto; et eo casu refero respirationis et perspirationis defectum ad vitia excretorum et retentorum in prima classe. Sed cum Perspiratio aut Respiratio læditur ab aere quoad gravitatem et elasticitatem mutato, quod fit nobis non volentibus, tum perspiratio et respiratio fit ... ad posteriorem classem. Omnes ea est quam refero ad posteriorem classem. Omnes autem hæ actiones demum morbificæ fiunt cum aut nimis geniunt aut impediunt Sanguinis circulationem; nam sive motus corporis nimius motum sanguinis augeat, efficiendo ut concussione nervorum spiritus animales nimis aut nimis frequenter excidant in musculos et cor. Excretio nimis cita, v.g. fæcum, ea hic intelligitur, cum quovis modo ante plenariam crassiorum chyli partium ab utilioribus secretionem, quæ tarda est, dejicimus utilia unà cibis mista, unde fit minor separatio partium Sanguini, corporisque refrigeratio et circulationem debilitatam, et pulsus debilis seu parvus, Animi affectus, ut

Externa. Sex res non naturales.

Excretio et Retentio.

Respiratio et perspiratio.

ut timor et ira conjunguntur cum fletu raro et frequenti, et sic vitiant motum sanguinis circularem.

Respiratio et Perspiratio aere existente nimis raro, laedunt sanguinis circulationem nobis invitis; cum notum est animalia loco fere vacuo inclusa statim difficulter respirare, cum non sat ponderis habeat tantillus qui superest admodum dilatatus aer, ut alterna inspiratio sanguinem adjuvet in motu suo per pulmones; unde circulatio primo tarda, tandem nulla redditur; circulatione vero tardescente perspiratio debet esse minor, haec impedita infarcit vasa sanguinemque viscidum conficit.

Comestio et Potatio.

Comestio et Potatio nimia sanguinem quoque viscidum efficiunt, si aut nimis saepe edatur aut bibatur, ita ut comminutioni non satis temporis concedatur, chylusque et sanguis fiunt viscida; aut si edantur aut bibantur rarefacientia, motus sanguinis augebitur. Somni causa major est proportio partis aqueae viscosae, quam undis in liquido nervorum excitandis requiritur; unde tum minor est proportio partis istius liquidi subtilioris quae a centro undas ad circumferentiam in omni sensatione diffunditur. unde in somno non vigent sensus externi, liquidum nervorum lentius movetur, et sic cor rarius contrahitur, sanguinisque circulatio fit tardior. Et haec de sex rebus non naturalibus.

Somnus.

Internae morborum Causae. Plethora et Cacochymia.

Institutionum scriptores nulla loquuntur de causis internis morborum, quae sunt tamen ipsi morbi. Causas illas generalissime dividunt in Plethoram et Cacochymiam. At Plethora est morbus; nam plethora ad vasa, a qua non est diversa plethora ad vires, nimis distendit ipsa, adeoque est morbus in magnitudine cavitatis earundem hos ipsos. Deinde Cacochymia etiam est morbus; nam meminisse potestis quae dixeramus de Temperamentis, quae sunt diversa genera Cacochymiae primo nascentis, et sunt revera morbi nativi.

Quamvis enim descripserimus tria tantum genera Temperamentorum, ea tamen tot sunt, quot secretiones diversorum fluidorum in animali, sed ob defectum observationum nondum nomina acceperunt.

Temperamenta vero esse morbos statim ostendetur; nam tempus est ut nos conferamus ad signa Temperamentorum

tores tradendas aliaqz ab urinâ et pulsu desumendas, ex quibus sciri possunt sanguinis circulantis vis et indoles; nam quæ tradunt de signis alijs, ab alijs omniòq eodem modo describunt.

Signa temperamenti Biliosi sunt pulsus magnus, corpus macilentum, iracundia et appetitus non magnus; nam hoc temperamentum arguit magnam copiam humoris Bilem componentis inesse sanguini, aut saltem copiam quæ sanguini inest, ab eo facile separari; h. e. sanguinem rariores esse textura, sive multa bilis illi inest quæ partes inflammabiles et rarescentes multas habet, sive facile sibi separetur; hoc enim indicat exiguam cohæsionem partium sanguinis: quare tum pulsus erit magnus ob sanguinem rarescentem, et arterias dilatabiles ultra consuetos terminos.

Deinde Biliosi sunt macilenti ob multas causas; sed eos etiam sunt parvi appetitus, hæc res illius erit causa necessaria: sunt verò parvi appetitus quia bilem secernunt majori copia, quæ in ventriculum prorepens sensus famis excitat, cum aliquid majori copia inest ventriculo tum autem non excitat appetitus assumendi sed vomendi, sive nausea.

Biliosi sunt iracundi, quia cum sanguis ipsis rarior debet esse in datâ mole levior, et sic facilius movebitur, seu aptior erit excitandæ speciei iræ.

Hæc omnia si adsint, temperamentum biliosum significabunt quod dicitur calidum et siccum, quia rarescentia sanguinis calori serviendo, i. e. majorem motus extrorsum asserendo, potestatem facit et eadem operâ partes aqueas expellit.

Signa temperamenti melancholici sunt pulsus rarus, pallor faciei, incessus tardus, sollicitudo animi. Nam cum melancholici aut majorem naturali proportionem habeant partium aquearum et salinarum, quæ maximam partem sudoris et urinæ faciunt et salinarum ex eo quidem genere quod sal marinum componit, debet ideo sanguis non suppeditare satis magnam proportionem spirituum, seu partium mobiliorum liquidi nervei; unde ob defectum spirituum pulsus erit rarus. Melancholici facilius secerni sinunt copiam quam habent partium aqueo-salinarum; hoc autem solum ideò contingit quia ipsorum sanguis non adeo validè movetur, ut possit impetu suo efficere ne sal gravitate suâ separaretur: Unde rursus hoc temperamentum

Signa temp. Biliosi.

Signa Temp. Melancholici.

ramento conjunctum habet diminutus sanguinis motus, aut ex debili ejus motu fit ut data quantitas ejus amplius solito tempus requirat quo perveniat in cerebrum, unde non adeo cito separantur spiritus animales, nec adeo cito derivantur in musculos et cor, unde raritas pulsus.

Sunt vero melancholici pallidi ob impetum minorem sanguinis; sunt motus tardi ob rarius excidentes spiritus in musculos; curis tristitiisque dediti; haec autem pathemata sunt species timoris, cum quo semper conjungitur tardior motus sanguinis: quare haec omnia sunt melancholici temperamenti signa. Est ~~autem~~ hoc temperamentum frigidum et siccum; frigidum ob tardum sanguinis motum, siccum ob magnam deperditionem partium aquosarum.

Signa temp. pituitosi.

Pituitosi temperamenti signa sunt pulsus parvus, hebetudo ingenii, corporis inertia. Nam ubi liquida secernenda separantur majori copia per ductus salivales, indicio est ea esse crassiora et magis cohaerentia, quam quae possint facile exspirari per vascula sudorifera, et talia fluida impediunt sanguinis rarefactionem, et eum graverem reddunt minusque mobilem, unde pauci et non valde mobiles fiunt spiritus; quare necessario pulsus erit parvus et depressus, et corpus iners. Hoc temperamentum est frigidum et humidum; frigidum ob parvum motum sanguinis; humidum, quia liquor aqueus non satis exspiratur per vasa sudorifera ob implicationem viscidioris liquidi; nec tamen potest satis prodire per ductus salivales, cum hi non possunt supplere vices ipsorum.

Accedamus ad explicanda signa quae a pulsu desumuntur, et quia in morbis chronicis sat temporis fore datum ut ex aliis signis de aegri conditione possit pronunciari, quantum quidem prudenti Medico licet, idcirco explicabimus quae pulsus praebet in febribus, eorumque rationem.

Signa a pulsu desumpta in febribus.

Primo. Pulsus a naturali parum mutatus, sed paulo frequentior et tantillo major, initio febris, indicat Ephemeram unius aut pluris dierum, aut malignam. Si sit naturali similis et semper sibi similis seu aequalis, significat Ephemeram; si vero sit naturali aliquando similis, sed non semper, sive inaequalis, significat febrem malignam. Nam cum febris Ephemera sit febris minima, seu minimum augmentum motus circularis sanguinis, debet pulsus, qui est hujus effectus,

sese

esse minime aequales. Seu in magnitudine spatii à lumine arteriae percussi seu in numero ictuum; Et quia in Ephemerâ, quae nempe semper pendet à causâ procatarcticâ; aut nullum aut leve est vitium texturae sanguineae, sed solum vitium motus vel motis quae necessario motus vitium inferigitur, sanguis erit in eâ aut aequè ac solet, aut fere homogeneus; unde contractiones cordis et arteriarum dilatationes, factae à spiritu et sanguine sibi semper similiter sunt quasi eaedem, seu videbitur pulsus esse qualis in Ephemerâ.

Verùm in febre malignâ sanguis est inaequaliter viscidus et fluidus, seu constat ex quibusdam partibus viscidioribus quàm quae naturaliter fluunt per arterias, et aliis eodem modo fluidioribus; quare utraeque per se solae aut simul variâ proportione mixtae, diversis proportionibus fluunt per vasa; adeoque in febre malignâ fieri potest et necessario fiet ut aliquando viscidae cum fluidis eâ proportione mixtae fluant per arterias quas attingimus pulsus exploraturi, quae requiritur ad impetum concipiendum eundem quem sanguis naturalis concipit, et tum fiet pulsus naturali similis. Nam cum sanguis naturalis, seu sanorum, componatur ex inaequaliter fluidis, potest esse talis mixtio partium alterius liquidi et inter se et cum partibus sanguinis inaequaliter fluidis, ut fluxilitas illius liquidi eadem sit quae sanguinis: at quia sanguis in febre malignâ, in diversis sc. venis et arteriis, diversisque venarum et arteriarum portionibus est diversae fluxilitatis, inde necessario succedent partes naturali majorem aut minorem fluxilitatem habentes, unde pulsus erit nunc naturali frequentior et major, nunc vero rarior et minor, i.e. [illegible] inaequalis.

Secundò. Pulsus frequentior paulò et paulo minor solito, qui post assumptos cibos major fit, post vero hunc distributos redit ad frequentiam et debilitatem, significat febrem hecticam; nam febris Hectica insequitur semper decrementum partis aqueae; tum enim major fieri potest attritio partium duriorum sanguinis, cum hae per aqueas non diluantur, nec detineantur à [illegible] mutuo ex attritione majori major fit calor; calor hic tractu temporis diminuit quantitatem sanguinis et sic sp. animalis, unde contractio
cordis

cordis fit debilis, et ideò dilatatio arteriae fit parva ex duplici causa. 1. Quia a debili cordis contractione debilis imprimitur impetus sanguini. 2. Quia diminuto sanguine parva moles irruit in arterias; quia verò è sanguine minus aqueo, h. e. sicciore, sunt sp. animales minus aquei, i. e. quorum pars mobilior est in proportione solito major ad partem minus mobilem, idcircò hi spiritus licet sint in minore quantitate, tamen cum sint mobiliores, descendunt frequentius in musculos omnes, adeoque in cor, et sic fit Hecticus pulsus naturali frequentior; est verò post assumptum cibum novus caloris adveniens fomes sanguini, nam et calor sanguinis idem sit qui fuit chyli, non potest sanguini praeter modum calenti, qualis est Hecticorum, admisceri chylus, quin solito major hujus calor, ab illius actione suscitetur; unde ex utriusque aucti caloris mistione, major solito exurgit calor: hinc evenit ut post cibum assumptum pulsus Hecticus fiat frequentior, ob spiritus factos mobiliores, sc. ex sanguine calentiore seu mobiliore productos, et major quoque ob sanguinis rarescentiam à calore majore; major etiam ob quantitatem ejus auctam, ob novum chylum: unde duplici nomine major arteriis dilatatio, pulsusque major; cessantibus autem his causis, redit pulsus ad ingenium.

Continua et Intermittens. Tertiò. Pulsus initio febris parvissimus et tacta fere pro subsequens et inaequalis significat febrem aut continuam periodicam (qualis est febris putrida dicta, et quaevis remissiones et exacerbationes habens) aut intermittentem.

Nam quoniam febres periodicae continuae possint spectari tanquam compositae ex pluribus intermittentibus, vel potius, quoniam utraque pendent à viscediitate insolita sanguinis in arteriis consistenti; igitur initio paroxysmi cum nempe plurimas viscedilatis perveniunt ad extremas arteriolas omnis partis, et sic cordis, deinde minimos sp. animales producuntur, cum non multi sint potius separari à nimis terraci liquido, unde ab eorum minimâ quantitate debilissima erit cordis contractio, saltem ratione habitâ ad pondus movendum, pulsusque erit imperceptibilis. Ideò quoniam à sanguine nimis viscido separati spiritus sunt

recip.

reciproce proportionales sanguinis viscidilati, et sanguis febricitantis nunquam est aequaliter viscidus, separabuntur igitur ex eo nunc pauciores, nunc plures spiritus, adeoque erunt contractiones nunc rariores, nunc debiliores, nunc frequentiores, nunc rariores, adeoque pulsus inaequalis

Quarto, pulsus intermittens in febribus saniores et seniores non est periculosus morbi index, at in febribus hominis florentis aetatis. Nam in pueris nondum sanguis satis multis circulationibus, per pulmones praecipue, comminutus est, ita ut sit adhuc minus aequaliter fluidus: unde subsistente sanguine in cerebro diutius etiamque expellente haud semper aequi spiritibus impraegnato per majora inaequaliter intervalla separantur spiritus animales, et sic cordis contractiones inaequaliter fiunt, et pulsus intermittunt: quare pulsus intermittens convenit aetati puerili.

Et in senibus collapsi sunt aut obstructi pluribus in locis canales; unde iis naturaliter pulsus intermittit. Quare in utrisque causa intermissionis non est violentia morbi; et ob contrarias causas erit intermissio pessimum signum in mediae aetatis hominibus febri correptis, nisi quibus sanis accidit.

Ostendendum nunc est quid Urina significet, et quandam propter rationem in tractatione de pulsu significatione allatam, inspiciemus solum urinam febricitantis.

Signa ab Urinâ desumpta in Febribus.

Primo, Urina in febris initio et leve et non divulsam et albam hypostasin habens, aut febrem Ephemeram aut malignam denotat.

Nam in febre Ephemerâ massa sanguinis est vix vitiosa et secretiones ejus leves, quare in illâ debet urina sanorum similis, et hypostasis urinae sanorum est alba, ponderosa sanorum similis, et hypostasis urinae sanorum est alba, ponderosa a proportione salis et terrae nobis ignota: est etiam hypostasis urinae sanorum levis et aequalis, quia illius sanguis ad renem appellens est sibi semper similis, adeoque aequalibus temporibus secernit sibi similia et aequalia, quare haec hypostasis erit indice aequo sibi mutuo interjacebunt, i.e. hypostasis erit indivulsa et levis. At in malignâ cum sanguis sit inaequaliter fluidus, poterit aliquando secerni Urina sanorum similis. cum se appellit ad renes sanguinis portio naturali similis in fluiditate: verum statim accedens aliter contentus

sanguis

Sanguis urinam cavit cum hypostasi avia, bei forte nulla;
cum in Ephemeria hypostasis sit semper eadem, et singui=
nem aut nullo aut eodem modo vitiabit.

Secundò, Cum in febre urina subrubra vel etiam flam=
mea cum rubra et levi hypostasi, si alia indicia ac int=
febris continuae, signum est criseos statim insequuturae, quoni=
am sedimentum illud procedit à plurimo sale et terra sero=
sis (loquor de tali urina multa) quod indicium est calorem
febrilem discerpi aequaliter et rite coqui. At si signa
sint febris intermittentis, et specialiter sedimentum sit instar
pulveris lateris, loco criseos perfectae, succedit tantum cri=
sis partialis, h. e. paroxysmus novus et formatus febris in=
termittentis: tale enim sedimentum eque est hic proprium
intermittenti febre laborantibus, ac albus teres et aequa=
le benevalentibus.

Tertiò, Quaecunque significantur per hypostasin urinae,
eadem, sed incertius, significantur per nubeculam citius
apparentem. Nam cum nubecula sit hypostasis levior
et minor, sed fundum non petens, indicabit illa solutionem
fieri partis durioris, h. e. actionem esse inchoatam, aut
saltem tentatam, sed hanc adhuc esse minorem cum nu=
becula citius appareat quam hypostasis, adeoque tempus
majoris solutionis nondum adhuc venit: quare nubecula
alba initio febris, si constans sit, Ephemeram arguit, et
nubecula rubra, vel etiam obscurior, aut continuae crisin,
aut intermittentis paroxysmum portendit. Erit autem nu=
beculae significatio semper incertior quam sedimenti, quia
cum aliqua sit in significatione hypostaseos incertitu=
do, quia sibi ut eventus saepe non respondeant, cum vix
duos repereris qui sunt ejusdem texturae; et cum nubecula
proprie futuram hypostasin respiciat, quae non semper
respondet conditioni nubeculae, sequitur minus cohaerere
crisin vel eventum morbi ex nubecula quam cum hypo=
stasi, adeoque illam praebere prognosticon uno gradu in=
certius: Eo vero certius praebent signum nubeculae, quo
magis subsident ad fundum; cum sedimentum nihil aliud sit
quam nubecula posita in fundo.

Quartò, in febre urina carens hypostasi et excolora=

ta

ta facta, pellucida sive aquea, dolorem in extremis partibus aut in caput graviorem, et aut rheumatismum aut phrenitidem imminere significat. Nam 1mo significat hæc urina febrem non esse Ephemeram, in qua sc. febertic vix lædet; quare febris hæc est periculosa, in quâ partes crassæ et duræ non perveniunt ad renes eâ copiâ, quæ requiritur ad separationem ibi instituendam; adeoque remanent, si maxima sit crassiorum copia, in partibus extremis, ubi motus sanguinis, ob distantiam à corde maximam, est minimus, et dolorem inferunt. At si non initio, sed paulo post urina pellucida evaserit, significat non tantam esse copiam materiæ durioris ut possit per omnia vasa capillaria stagnare; sed tantam solum quæ possit aliqua occupare, in quibus motus est minimus, h.e. capillaria ipsa cerebri, quare in eo hærebit materia cujus defectu urina fit lympida: ab illâ autem stagnatione fit inflammatio et delirium, h.e. Phrenitis.

Quintò, Annumerant aliqui excretionem urinæ involuntariam, quæ fit vel sine sensu, signis ab urinâ desumptis, sed malè. Non enim quia urina talis, sed quia taliter excernitur significatio est mala; adeoque hoc signum desumitur à quavis aliâ excretione sic factâ, nec tamen est adeò mali ominis ac creditur vulgò, sed aut somni altioris, aut delirii non insolitus effectus.

Cap. ~~6.~~ 7mum De Crisi.

Superest tractatio dierum criticorum, sed malim vos ablegare ad Institutiones Sennerti, Lyseri, Walthm: ex quibus scire poteritis quænam de Crisi et diebus illi dicatis horumque causis fuerit veterum sententia; nos enim paucis verbis verum proponemus.

Cum coctio materiæ morbificæ et humoris excernendi nihil aliud sit, quam mutatio in debitam magnitudinem vel crassitudinem ut possit vi sanguinis circulantis abripi per canales et excerni per vasa excretioni aliena dicata, excretiones autem hæ sunt ipsæ Crises (quæ res potest satis intelligi exemplo expectorationis, quæ ut citò fiat nunc incrassationem, nunc attenuationem materiæ expectorandæ postu-

postulat, siquidem Crises fieri posse per quascunque Glan=
dulas, intestinales, renales, salivales: et si non possit mate=
ria morbifica in eam magnitudinem vel parvitudinem
immutari, quae respondet illius vasis excretorii orificio,
tum aut abscessus aut hæmorrhagia oboriuntur, si modo
crisis instituatur. Atque abscessus et hæmorrhagia crises
minus proprie debent censeri.

Signa vero demonstrantia per quae loca futura sit
excretio critica apud Sennertum sunt diligenter adnotanda
Ut vero materia morbifica deducatur ad magnitudinem
aut parvitudinem debitam et mobilis reddatur, opus est aliquo
tempore notabili, si quantitas materiae sit notabilis, i.e. si
morbus sit magnus aut gravis, et cum multae sint et con=
stantes causae, quae efficiunt ut sanguis et humores ejus pec=
cantes, in animalibus Graecis et Syriis diversae sint flui=
ditatis, partibusque constent alterius cohaesionis et motus quam
sanguis Germanorum et Britannorum, fieri non potest quin
diversa temporis spatia requirantur ad coctionem in illis
et his perficiendam, nec utrisque eadem tempora plerumque
sufficient: Unde siquidem non nisi perraro et per mira=
culum fieri utcunque dies apud nos critici sint, qui Hippo=
crati et Galeno tales fuere. Quare si Crisin solum deeming
eam vocare excretionem quae tertio et septimo die, aut
tempore ex ternis aut septenariis diebus composito con=
tingat, tum apud nos in Britannia saltem nunquam contin=
git Crisis. Sic in Scotia aliquando videri Medicis Cri=
ses contingere sensu Hippocratico, sed illi Medici qui
id se putant observare instituti fuere aut in Gallia aut
in Italia ibique praejudiciis valere imbuti: Et certo scio
eos qui ut Crisin revocent ad dies Hippocraticos impares,
tempus aegritudinis inchoatae computare solere a die quo aeger
lecto coepit esse affixus; rursusque ut aliam Crisin simi=
liter Graecorum sententiae congruentem ostendant, coactos
esse principium morbi repetere a tempore alio longo ante
decubitum aegri, quod etiam tempus aliquando supputant a
primis aegri querelis, aliquando a causis evidenti=
bus morbi, querelis aegri satis diu antegressis; et tamen hae
iis dies raro feliciter cedunt, ut dierum Criticorum apud Naturales
mag=

magna non habeat ratio.

Causa itaque dierum Criticorum verorum, id, in quibus contingit apud nos materiae morbificae ultima coctio, quae semper cum ejus excpurgatione est conjuncta, sunt omnia illa quae efficiunt humores talis aut talis magnitudinis aut parvitudinis, majoris aut minoris coctionis; Data enim vi non possunt inaequaliter magna aut haerentia aequali tempore solvi, quare observationibus, apud unamquamque gentem factis, inveniendae, quaenam sciunt esse causae et conditiones eorum morborum qui certum et similem dierum numerum requirunt ad coctionem absolvendam; et cum talis magnus numerus talium observationum est factus, tum simili apparente morbo, conditionibus similibus positis, poterimus diem criticum praedicere multo certius quam nunc fit.

Causa dierum Criticorum.

Cap. 9um.

De Methodo Medendi.

Methodum medendi istam prout a superioris seculi Medicis tradita est, sufficienter Sennertus, Zypaeus et Walth. explicarunt, nihil de suo adjicientes, sed eundem errorem cum prioribus errantes, eorum peccata nos paucis ostendemus.

Definitionibus ergo Indicationis, Indicantis, et Indicati praetermissis, quas unusquisque potest pro libitu fabricare, advertitur male enumerari quatuor Indicationes pro quatuor Indicantibus, sc. pro causâ morbi praeservatoriam, pro morbi curâ Curatoriam, pro viribus conservandis Vitalem, et pro symptomate urgente Innominatam.

Primo enim causae internae sunt adeo conjunctae morbo, ut iis ablatis hic tollatur necessario; quare causae totales et morbus non suppeditant diversas Indicationes, cum eadem operâ simul amoveantur. Causa vero externa, qualis est gladius qui vulnus fecit, nullam Indicationem medico suppeditat, si v.g. hic non amplius vulneri sit infixus: nam si adhuc telum in corpore haereat, ejus extractio aeque spectat ad Indicationem a morbo ipso desumptam, ac sordium remotio seu mundificatio, et non ab ejus causâ.

2do. Indicatio nulla a viribus medico suppeditatur, praeterquam

praeterquam enim quod qui sani sunt non opus habent
Medico, tamen vitalis illa indicatio non pertinet ad
methodum medendi, quae definitur ab omnibus, Ars per
Indicationem inveniendi auxilia à quibus deper=
ditus sanguis restituatur; quare Indicatio à viribus conser=
vandis, quatenus differt ab Indicatione Curatoriâ quae
suppeditat auxilia viribus restituendis, per subtraction=
em illorum quae illas minuunt et additionem eorum quae illas
augent idonea, non pertinet ad Medicum methodo me=
dendi armatum; non enim animalis aegri vires sunt in
eodem statu conservandae, sed augendae seu minuendae,
vitaque ejus in meliorem statum mutanda.

3tiò. Symptoma urgens non suppeditat distinctam
Indicationem à morbo. Nam si v.g. dolor solus infestet,
qui symptoma dicitur maximè urgens, indicabitur quidem
quicquid dolori tollendo propriè est dicatum: at tum dolor
erit morbus, et Indicatio erit Curatoria. At si praeter do=
lorem alia symptomata ab illo et a se mutuo indepen-
dentia infestent quorum concursus dicitur morbus, tum
uniuscujusque symptomatis sua debebitur cura, et singula
vel magis vel minus indicabunt, et indicationes omni=
um et doloris simul sumptae, seu summa Indicationum
dicitur Indicatio Curatoria. Sed hoc exemplo illustremus;
stagnat in aliquâ parte sanguis ita ut dolorem inferat
rheumaticum, morbus ipse erit obstructio canalis arteri=
osi, quae concidit cum canalis illius dilatatione; quae dila=
tatio praesentia est dolor: patet ea omnia quae obstructi=
onem tollunt, hoc est dilatationem, sublatura esse dolorem
et ea omnia quae efficaciter dolorem tollunt, etiam ob=
structionem et dilatationem esse sublatura; quale remedium
est venae sectio, quae anodynis hic plus valet; quare ea=
dem est indicatio morbi et symptomatis urgentis; ac cum
dicerent Medici symptoma urgens indicare, debuissent
dicere pluribus symptomatis aut morbis simul infestantibus
symptoma aut eorum morbum à quo magis magisque subitum est
periculum, debere prius tolli et citius. Unde patet morbum
posse etiam esse urgentem, adeoque non magis sym=
ptoma urgens quam morbum urgentem praebere
novas vel distinctas indicationes. Est itaque unum tantum
indicans, nempe Morbus, et una Indicatio, nempe Curatoria

summa

Summa methodi medendi haec est: Aut enim Indicatio sumitur à re aliquâ extra animal sitâ, aut à re intra animal: si à re extra animal sita, sed intra corpus, h. e. in ventriculo et intestinis, tum semper indicantur vomitoria aut purgantia; illa potius si in ventriculo, haec si in intestinis causa sit, posita. Alia omnia medicamenta quae morbis ventriculi et intestinorum adhibentur, non debentur istarum partium morbis, sed aliis morbis earum partium morbis adjunctis. v. g. in diuturnâ Diarrhoea adhibentur etiam sudorifica, quoniam tum morbus est hepatis, et radices pori biliarii nimium sunt dilatatae, adeoque per sudorifica imminuitur profluxus. Si Indicatio sumatur à causâ intra animal, vel sumitur à sanguine intra arterias et venas contento, cujus morbi omnes conjunguntur, et pendent à motu circulari ejus vel aucto vel diminuto (nam omnes mutationes texturae et qualitatis sanguinis semper comitem habent motus circularem auctum vel diminutum) et sic indicabitur motus illius tardatio aut augmentum. Sed si à causâ intra animal contentâ, sed non intra venas et arterias, sumatur Indicatio, tum illa Indicatio sumitur à secretione auctâ vel diminutâ, et indicatur secretionis retardatio vel augmentum, et medicamenta rebus illis idonea quaerenda sunt.

Porro si causa morbifica neque sit in ventriculo et intestinis, neque intra vasa et tamen intra corpus; si quidem extravasata sit in visceribus, tum morbus est incurabilis, cum desint viae naturales per quas causa morbifica deberet expelli. At si causa morbifica sit extravasata in ambitu corporis, ut v. g. in cavitate thoracis, pertinet ad Chirurgos.

Cap. 9num De Indicatis.

Statuunt Institutionum Scriptores Indicatum esse quadruplex, sc. tollens causam morbi, vitam conservans, symptomata urgentia mitigans, (hic modo numerari symptomata urgentia quatuor, sc. Dolorem, Vigilias, Syncopen, et Haemorrhagias) et 4to Curatorium, i. e. morbum tollens. At haec pleraque sunt falsa: nam methodus medendi docet vitam servari tollen:

Indicatum 4plex

Symp. Urg. quatuor.

tollendo morbos et symptomata, et non aliter; adeoque nullus esse indicatus ut tale. Symptomata autem sunt morbi. et symptomata urgentia sunt morbi urgentes, i.e., cito intermittentes. adeoque iis respondet indicatus curatorius. Causa vero quae morborum afferunt universales a Medicis. sc. Plethora et Cacochymias sunt etiam morbi, placet tamen cum vulgo loqui.

In quo omnes morbi consistunt.

Omnes itaque morbi vel consistunt in mutatâ quantitate liquoris, vel in mutatâ velocitate motûs eorum, vel in mutatâ qualitate et textura eorum: Nos hic vulgari modo loquimur; possunt enim morbi omnes comprehendi in mutatâ velocitate.

Cacochymia et Plethora quid.

Velocitas aut Qualitas quovis modo mutata (nam motus est qualitas juxta nostros) dicitur Cacochymia; Quantitas mutata, si sit aucta, dicitur Plethora: At si mutata in minorem aut diminutas indicantur cibi facilius coctiles et amplius nutrientes; at si mutata sit in majorem, dicitur Plethora, et tum aiunt omnes medici indicari sanguinis missionem, sed aut evacuationem per vomitum, purgationem, sudorem, urinam, sputum, &c; aut correctionem materiae peccantis, quae plerisque hodie est acida.

De modo venae sectiones.

Non nego in Plethorâ indicari sanguinis missionem, cujus celebrandae varios modos et rationes videte in Sennert. Institut. lib. 5. part. 2. sect. 100. cap. 16. et sequent. At in Cacochymiâ, non solum puto indicari vomitoria, et acidum destruentia, sed dico ante ea et praecipue indicari sanguinis missionem, et id praecipue quando adest vel adesse creditur acidum nimium. Ut hoc vobis ostendam, advertite, omne corpus in aliud impingens, et motûs sui partem illi impertiens, tantundem motûs amittere, seu eatenus impediri: Quare sanguis è corde expulsus dum impingit in sanguinem antecedentem, eumque propellit, partem sui motûs in eum transfert, seu amittit, h.e. ab eo impeditur, et tantâ motûs parte retardatur. Hinc sequitur quod si venâ Basilicâ brachii sectâ, sanguis emittatur, tum sanguis succedens, et advectus per arterias in axillarem et subclaviam dextram minus impeditur in suo motus quam impediebatur ante venae sectionem, illam

illam, quia emissâ parte sanguinis ex venâ, minor ejus quantitas superest in venâ axillaris inter arteriae axillaris finem extimus et cor, quam primò continebat. Ergo misso sanguine ex venâ, minus impeditur in motu suo sanguis arteriae quam prius. Ergo velocius movetur sanguis arteriae post venae sectionem, in quam se exonerat arteria, quam prius movebatur. Hinc patet dum sanguis è brachio emittitur, sanguinem è corde propulsum in arteriam invenire minorem resistentiam in trunco arteriae Aortae superiori, quam inferiori; adeoque velocius fluere per aortam superiorem, quam inferiorem. Deinde etiam invenire minorem resistentiam in arteriâ subclaviâ dextrâ, quam in sinistrâ; quia supponitur non mitti sanguis è venâ brachij sinistri sed dextri; quare velocius fluet per arteriam subclaviam axillarem dextram quam sinistram.

Denique misso sanguine è venâ brachij dextri, velocius fluere sanguinem contentum in arteriâ axillari dextrâ versus arteriam brachialem quae ei est continua, quam fluit per arteriam thoracicam aut scapularem dextram, quae est etiam ipsi axillari continua; quoniam cum non supponatur sanguis mitti ex ullâ venâ thoracicae arteriae respondente, seu in quâ haec se exonerat, majus impedimentum superest proportionaliter motui sanguinis in arteriâ thoracicâ, quam in brachiali; sed quia est major velocitas sanguinis in arteriâ subclaviâ et axillari dextrâ, quam in sinistrâ, erit motus in thoracicâ dextrâ etiam major quam in sinistrâ thoracicâ. Quare patet, misso sanguine è venâ brachij dextri maximam esse velocitatem sanguinis in arteriâ brachiali dextrâ, quippe quae suam sanguinem transfert in venam sectam, et proximè maximam esse velocitatem sanguinis in arteriâ thoracicâ, et scapulari ejusdem lateris egredientis ex arteriâ axillari: at minorem multò esse velocitatem sanguinis in arteriâ brachiali et axillari, thoracicâque lateris sinistri et oppositi; omnium verò minimam esse velocitatem in arterijs ortis ex trunco Aortae descendentis.

Hisce praemissis patet, quod si vellemus prohibere augmentum humoris alicujus à sanguine in sinistro crure stagnantis, seu efficere ut quam-minimum sanguinis affluat ad illum locum

per

Revulsio et Derivatio sanguinis.

per aliquod tempus. debere nos primò sanguinem mittere
vel ex brachio vel ex crure lateris dextri, et hoc dicitur revul-
sionem facere; et deinde sanguinem detrahere nos posse
ex eodem latere et ex venâ quae sanguinem recipit à
ramo illius trunci, qui mittit sanguinem ad partem
tumentem, et hoc est derivationem exercere. Unde patet
eos ignorasse sanguinis circulationem qui scribunt re=
vulsionem et derivationem non consistere cum circula=
tione sanguinis.

Revulsionis hujus effectus ut est insignis usûs, ita et hu=
jus et cujusvis venae sectionis rite et satis largâ manu cele-
bratae effectus est insignis durationis: quod ut constet, affir=
[?] missionem sanguinis diminuere ejus calorem quacunque
de causâ nimii, et etiam tollere ejus viscidatatem, a cau=
sâ sive acidâ, sive quavis aliâ coagulante productam;
nam cum calor sanguinis dependet ab ejus motu circulari,
quo fit ut partes ejus succedentes impingant in antecedent=
tes, et hae in alias interiores, ita ut medio loco conclusae, et
propellantur à sequentibus, et impediantur, h. e. repellantur à
praecedentibus. patet partes istas medias magis premi
quam si nullae essent anteriores; major autem illa pressio
majorem facit allisionem unius particulae ad aliam, quae
major allisio facit ut una particula majori vi divellatur
ab aliâ: Unde fit ut partes mobilissimae, aliis prius in=
clusae, nunc ijs divulsae, debeant ijs extricari, et motu suo
celerrimo caloris [?] et effectus producere: At venâ
sectâ, tollitur pars sanguinis antecedens, ergo sequens majus
habebit spatium et liberius, et minus erit pressus, minorque erit
partium allisio, et sic minuetur calor. Deinde si supponamus
sanguinem stagnationi proximum, partemque ejus in vase
aliquo cruris aut brachij sinistri haerentem, prae viscidi tate
aut aliâ quavis causâ, et distendentem illud vas summo
cum dolore animalis, ut saepe fit in affectibus rheuma=
ticis, Arthriticis, et Scorbuticis, dico viscid[ita]tem illam et do=
lorem indicare venae sectionem in latere ~~dextro~~ sinistro. Nam cum
sanguis non solum motum suum debeat cordi et succedenti san=
guini sed etiam arteriae tunicis sese post dilatationem re=
sistentibus, idcirco arteriâ quae vis nimium distentâ sanguine
et inde prohibitâ ne possit se plene contrahere, fiet ut
sanguis qui insistit eo magis stagnet, quo magis et diutius
arteria distenditur: quare detracto sanguine ex opposito
latere

lateris, maximâ copiâ et velocitate fluet ad partem illam sanguis, minimâ verò ad partem illam affectam dextri sinistri lateris.

Ergo arteriae sinistri lateris, et praecipuè in parte affectâ, minus sanguinis recipient quam anteà, et minus distendentur, et sic se magis necessariò contrahent quam prius. Unde fit ut saepius contrahendo se, excutient tandem à contactu suo humores, eoque ritu eos eliminabunt, quos ventriculus et intestina à chylo satis ritudo, aliisque contentis, sanguine quovis arterioso viscidioribus (praesertim si accedat liquoris praeterfluentis copia) se liberant, quamvis motus arteriarum sit frequentior et validior motu intestinorum, et arteriae liquidum praeterfluens habeant copiosius et velocius motum: quare quaecunque sit causa coagulationes sanguinis in vasis suis, hac tollet venae sectione, et hujus effectus durabit eousque dum sanguinis illius jactura fuerit reparata.

Cap. 10mum De Secretione

At quoniam sanitas animalis consistit in debitis secretionibus è sanguine factis, solumque laeditur auctâ aut diminutâ quapiam secretione, non solum sanguinis missione, sed et aliis remediis secretiones illas parciores promoventibus, aut nimias fraenantibus, poterit sanitas restitui: adeoque si secretio aliqua sit imminuta, appropriatis secernentibus debet promoveri; si sit nimia, fraenantibus cohiberi.

Ut plurimum verò et tutissimè cohibetur secretio nimia aliqua promoventibus secretionem aliquam factam in parte distante et oppositâ: ita Diarrhaeam vomitu, et catarrhos diureticis sistimus. Unde videtis, ab omnibus practicis revulsiones exerceri, ita ut secretiones promoventia sint instar omnium.

At difficultas est summa de modo vel causâ diversarum secretionum. Dicunt nunc omnes v.g. urinam separari in renibus, et bilem in hepate; quia partes bilis sunt ejusdem figurae cum figuris pororum acinorum hepatis, et non cum figuris pororum glandularum renum. Urina verò è contrà. Sed quamvis hoc esset verum, nihil faceret ad rem; nam cujuscunque sint figurae partes urinae glandulis renum separatae, tamen dum separantur sunt fluidae, i.e. ex multis

aliis

aliis partibus conflatæ gutturis; non enim glandula ulla renalis aut pulvisculi transmittere in pelvim sed separat liquorem seu fluidi aliquod, licet parvâ quantitate; fluidi autem hoc mutat facile figuram suam, et accommodat se vasis recipientis figuræ; adeo q[uo]d quæcunq[ue] fuerit figura partis fluidi minimarum, poterit tamen fluidi illud separari in renæ, nisi quid aliud obstet: obstat vero et obstare potest sola angustia orificiorum cribri renalis, quæ non permittit ut liquor viscosior, qualis est bilis cuivis figuræ se accommodans, impelli possit in sinus suum: Et hoc est mysterii secretionis.

Medicamenta vero ipsa secretioni cuilibet promovendæ destinata apud omnes occurrunt, præcipue apud Willisii in Pharmaceutica suâ rationali, et Emmanuelem Comum in Regno suo minerali et vegetabili, et animali, ultimæ editionis. Quare ego ostendam vobis methodum brevissimam medicamentis istis in formulas conferendis.

et in Walschm.

Cap. 11mum.

De methodo præscribendi formulas.

Pharmacopæi aiunt Decoctum fieri in ollâ apertâ seu vividâ et bre[v]i coctione; Apozema autem in ollâ clausâ (a cockmarry) leni igne et lentâ longâq[ue] coctione (by soaking) ad usus lantius internos.

Apozema fit ex rad. ℥iv. fol. ʒiij lign. ℥j cort. ℥j sem. ℥j flor. ʒß aromat. ʒiv ana ℥j. pondus autem liquorum debet esse octupli ponderis siccorum, et fit tantum pro 4 dosibus.

Vinum medicatum fit si usum facit infusorum quadrupli ad minimum et octupli ad summum. et quantitas infusorum debet esse ad minimum dupla quantitati in sicco dari solitarum si catharticâ infundas ea tempora sint dupla validiorum et correctiva tenuiora sint omnium catharticorum simul subtripla, si alterutra catharticis addas, sint ea catharticorum ad summum subdupla. x

~~Laudatus~~.

Potio purgans pro unicâ dosi fit, extrahendo aquæ aut vini albi Gallici, aut Hispanici, aut Rhenani frigidi aut ferventis, partes 32, purgantis partem unam, (i.e. dosis aut ferventis, partes 32, purgantis partem unam, vel sim unam (quam hic suppono ad minimum esse ℥j. vel duas, vel tres, vel quatuor) et corrigentis partis partem tertiam, et postquam per noctem simul in vase clauso et ab igne remoto steterunt, colatura aut sola aut cum syrupi cathartici partibus 4 vel 8 propinetur. x x

Ptisana

Ptisana laxans fit ex iisdem dosibus catharticorum, sed duplicato pondere et dosi ad minimum liquoris in quo fit infusio.

Electuarium purgans fit, si syrupus seu mel sit ad minimum tripli ponderis cathartici, et si crassia aut talia addantur, melli vel syrupo annumerentur. At si aliud Electuarium adhibeatur minus compositum, tum aiunt ejus molem debere esse pulveris addendi quadrupli, una cum syrup. q. s. sed illi errant; potest enim Electuarium assumpti esse in quavis ratione ad pulveres Electuarii propositi, modo adhibeatur syr: pulveris circiter quadruplus; nam duo Electuaria simul addita faciunt Electuarium.

Electuarium non purgans fit, si moles conservae sit molis conditi tripla, confectionis vero sextupla. Ubi rursus male aiunt horum omnium simul molem debere esse pulveris quadruplam, deinde addi debere syrupum pulveris quadruplum. Possunt pulveres esse cujusvis molis, modo assumatur syrupus eorum quadruplus, et praeterea syrupus aequalis conservis et conditis.

Bolus est Electuarium pro unica dosi, nec debet excedere ℥ij.

Pilulae sunt Electuaria cum tertia parte, aut etiam minore, syrupi, et dos. earum non debet excedere ℈ij.

Julapium fit ex aquis distillatis aut liquore aqueae consistentiae, cujus vel quarum simul quantitas non debet excedere lib ß cum syr: ℥ij pulveris siccorum omnium simul ℈ij confect. ℈j. sp. acid. ℈ß. vinos. ℥ß; ita ut liquida aquea sint ad minimum quadrupla syr: et confect. syrupus vero octuplus pulveris siccorum, nam talia liquidis annumero. Sed si syrupus non addatur, tum vocatur mixtura, et praestat Julapio, et diutius durat sine corruptione, adeoque potest in minore quantitate praescribi, servatis tamen traditis proportionibus, nisi quod aliquando quantitas pulveris et confectionis possit duplicari.

Emulsio fit, si fructus sc. amygd. dulc. nucleor. pin: (x sive amygdalatum) an. partibus aequalibus, et 4 sem: frigid: majorum, papaveris alb. hyosciami, heliotropii, in massa āā ß. &c. (ita ut pondus seminis sit ponderis fructus quadrupli ad minimum) seminibus affundatur liquoris sextupli; debet autem liquor esse aq. distillata; aq. solana, vel decoctum aliquod non siccans; colatura

Sacchar

Brogwert. | saccharo vel syrupo dulcoret. et aliquando pulveres in minimâ quantitate addunt, plerumque sacchar. saturni nitri purificat. Laudan. solid. sed præstat liquid.
Hydromel aquos. fit, si mel sit aquæ sudecuplo, et coquant. ad consumptionem quintæ partis. Vinos. fit ad remanentiam tertiæ partis coquendo.
Diæta sudorifica fit, si aqua sit ingredientium duodecupla, et decoctio fiat ad medias; si non est sudandum, aqua sit ingredientium octupla, et decoctio fiat etiam ad medias, quod pro Apozemate debet observari.
Bochet fit sumendo residentiam decocti pro diætâ sudorificâ unà cum ℥j alicujus sudoriferi; vel negligendo residentiam, et sumendo ℥ij ingredientium et coquendo per diem vel noctem in ℔ xij ad consumptionem tertiæ vel quartæ partis. Notate. Decoct. sudorifera ut ritè fiant, requirere spatium 18 horarum; at Diæta sudorifera cathartica præterea recipit cathartica in dosi eadem qua dantur sine ...

Decoct. Diæta.

Eclegma strictus et ... fit, si syrupus excipiens sit pulverum bechicorum quintuplus; ubi mucilago syr. loco etiam obtinet, et sacchar. pulveris.
Tabella seu Rotella fiunt, si sacchar. liquefactum sit pulveris quadrupl.
Linimentum fit, si olei vel mucilaginis sit v. g. ℥j, ceræ ℥j, pulver. ʒß; rarius tamen ceræ vel pulveris additur.
Unguentum fit, si olei sit ℥j, ceræ ℥ij, pulv. ʒj.
Nota hic pro oleo haberi axungias, medullas, butyrum et pro cerâ haberi mucilaginem, mel, terebinthinam, et pro cerâ haberi gummi.
Ceratum si olei ℥j, ceræ ℥ß. pulv. ʒij.
Emplastrum fit, si sit olei ℥j. ceræ ℥ijß. pulv. ʒvi.
Nota in Emplastro ob viscositatem, terebinthinam annumerari inter gummi.
Cataplasma fit, si mucilago sit olei fere tripla, et pulv: plusquam dupla; oportet autem mucilagines factæ sint prius, coquendo radices et semina in liquore aquæ.
Sinapismus fit ex pulpâ caricarum et pulv: seminis sinapeos āā partes æquales.

Vesica=

Vesicatorium fit Emplastri formâ, si Emp: de gr: de mucilaginibus sumatur octuplum pulveris cantharidum incorporando cum pauxillo terebinthinæ. Vesicatorium rursus Cataplasmatis formâ fit, si sumatur fermentum velus pulverum cantharidum octuplum malaxando cum aceto vel aq: vitæ.

Cucupha fit, si Radic ℥j. aromat ℥ß foliorum siccorum ℥iij. flor: ℥ij, Gum ℥j, ita ut tota Cucupha non superet ℥iij.

Suffitus fit. si sint Gummi partes 4. pulv. 3.

Clysterium vel Enema purgans fit, si sumatur Radic: ℥ij, foli: ℥iß, sem: ℥j, flor: ℥ß vel etiam ℥ij; decocto colato adde olei si opus sit vel mellis, āā ad summum ℥iij salis gemmæ ℥j.

Clysterium vel Enema alterans fit eadem ratione.

— 9bri 25. 1708.

Decoctum vel Apozema.
Epithema, est applicatio externa Cordi; ut Ꝟ, Theriaca, vel singulis vel mistis, et sim.
Apophlegmatizans, liquidum vel solidum quod salivam in ore movet.
Gargarisma à Gargareon Uvula ad Uvulam lavandam et purgandam.
Errhinum, sternutamentum quovis liquidum.
Oxyrrhodinum, fit ex aq. Ros. & aceto, et fronti vel capilli applicatur.
Pessaria, fiunt ex subere perforato et cerâ vel sevo oblinito, ut in vulvam intrudatur. Nott. fiat duplex ingrediatur foramen suberis longitudinale, ut extrahi possit ad libitum.
Suppositorium, ad anum fit, et eadem modo conficitur, vel ex cerâ vel sevo, vel in chartam mercatorum more plicatam fusi. Candela etiam huic usui inservire potest.
Sacculi, sunt Materia stomachica, pectoralia, purgantia, vel alia quævis, sacco inclusa, ut desuper vinum in cerevisiæ dolio extrahatur.

vel alias formulas in Regulis Medicorum compositorum in Waldschmidt, Blanc. Margrave.

Index Capitum.

Finis.

Recitatio compendiosa omnium quæ à nobis in Medicinæ Institutionibus tractantur.

De Institutionibus. 1. Quid vocamus Institutiones? et an veterum methodus, ex nihil abstractis superstructa, sit bona?

2. Medicinæ nostræ principia quæ? Definitio quæ? Divisio quæ? An ejus genus sit scientia vel ars?

De Ore. 3. Cur ab ore in adultis, et non in fœtu, inchoandum? Ubi nulla erit animæ mentio donec ad cerebrum pervenimus.

4. Mentis et corporis vita in quo consistant? et an corpus humanum vivere potest sine animâ?

5. Dentium colores diversi unde? et quomodo color restituitur?

6. Dentium tartarus unde? an recte sic dicitur? an sp: lapidif: contribuat? An dolor dentium hic tractandus?
Cur dentes maxillares in mordendo majores habent vires quam canini.

7. Gingivarum hæmorrhagia unde? et an signum scorbuti?

8. Fætor oris unde? sc. ab ore, pulmonibus, et intestinis.

9. Salivæ virtutes? origo? Autorum opinio? Cur spumosa?

10. Masticatio quid facit? sc: superficiem corporum auget.

De Œsophago. 11. Deglutitio unde? Boli magni in œsophago quid faciunt? et quomodo detrudendi?

12. Amaritudo in gulâ an semper ex ventriculo?

13. Lymphaticorum in gulâ probatio.

14. Humor gland: in œsophago quid faciat?

15. Situs alimentorum in ventric: quis?

De Ventriculo et Concoctione. 16. Quæ requiruntur ad alimentorum coctionem? sc: 1. Consideratio ventriculi tanquam cribris. 2.
spolus

3. Motus partis circumjacentis. 3. fermentis ex arteriis gastricis eructatis: quod particulares penetrabilis proprietates habet. 4. Materia mundi subtilissima, cujus occasione corporis porositas probatur per animi deliquium, et per causam et curationem sympatheticam. 5. Particularis heterogeneitas (ubi de differentia fermentationis et effervescentiae, quarum una in ventriculo: et altera in corde fit, et quaeritur) ubi inquiritur, quid intelligere debemus per diversitatem materiae? et cur in fautiore corporis coctio facile peragitur? ubi evincitur particulas tertii elementi hic aliquid huc facere, quae omnia confirmantur per exempla fermentationis spiritus, et similium. 6. Acidum à priore coctione relictum. 7. Motus ventriculi: ejusque attritio. Quae omnia simul potentiam fermentationis permagnam esse, et esse debere, evincunt. 8. Quid contribuit saliva?

17. An calor est causa solitaria coctionis? cum tamen in febre nulla sit coctio.

18. An acidum et alkali sit fermentationis hujus causa, per quae est earum causa? ubi de fermentatione intestinorum: et calcium etc.

19. An vasa brevia concoctioni aliquid tribuunt?

De Appetitu et Digestione

20. Defectus appetitus unde? ubi inter ceteras causas, disproportio acidi et alcali consideratur.

21. An coctio non bona sive eadem vitio ventriculi immediate imputanda, per sanguinis vitio? Ubi morbi ipsius ventriculi considerantur; et evincitur phaenomena fere omnia in corpore nostro in ciribus aqui.

22. Stomachica, sive illa, qualia esse debent? An quod est uni stomachicum sit

sit etiam alteri: An eodem modo per totum corpus operentur si idem sit malum: Ubi inquiritur quomodo obscura medicamentorum nomina sint explicanda? et tandem nota vero partibus appropriata: Ubi de Qualitatibus 1, 2, 3, 4, etc.

23. Stomachica externa qualia et cui loco applicanda: Requiritur solutio Quaestionis.

24. Cur alimenta facilius hyeme quam aestate digerantur: et Cur post natationem major fames?

25. An sp. Vini tempore hyberno quam aestivo sit magis usurpandus: Ubi cardiaca fortiora languentibus non esse exhibenda evincitur.

26. Cur nimius ♁ usus stomachum debilitet: ubi mistio ♁ et sp: Nitri consideratur.

27. Cur pinguia appetitum minuant?

28. An alimenta certo ordine sint ingerenda?

29. An Cœna debeat esse parcior an largior prandio?

30. An Lac et vinum eodem pastu assumenda? ubi Lac semper coagulari evincitur.

31. An in latus dextrum vel sinistrum post cœnam decumbendum est?

32. An statim post cœnam vel pastum dormiendum: ubi vapores aq: somnum inducere considerantur. Cur aliqui a pastu rigeant atque horrescant?

Inedia.

33. An possibile sit hominem non solum per dies aliquot sed etiam per integros annos sine alimentis vixisse: Ubi in morbis chronicis, in quibus magna viscositas, inediam per aliquot dies posse tolerari evincitur.

34.

+ 137:	
De Vomitu prodigiali:	34. An Historiae vomentium prodigiales sint verae? ubi de Cultrivoro, et de Magnete vel pulverisatâ & pinguedine illinitâ, et de vulneribus partium nervosarum.
De Ructibus.	35. Ructuum causa quae? Ructus voluntarii unde? Vomitus apparenter voluntarii unde?
De Chylo	36. Color Chyli unde? ubi de oleosis aquâ mistis.
	37. An Chylus fit ex partibus integrantibus? An omnis Chylus simul et semel ex ventric: extruditur? Ubi ventric: membranas alimentis tota adaptare, eaque arcte complectere evincitur. Huic etiam conferre viscerum circumjacentium compressio probatur. Ob quas causas globuli plumbei et antimoniales dejiciuntur.
De Intestinis.	38. Unde fit secretio Chyli à faecibus? Resp: per mucosam tunicam intestinorum (quae tamen non nimis accurata fingenda est) ob moram, calorem, et liquiditatem.
mucosam	
+ Zyp. p. 2 c. 3. art. 8. §. 9, 10, 11	39. An bilis et succus pancreaticus sua conferant? An detur inter haec fermentatio? An sapor succi pancr: variat pro constitutione sanguinis?
	40. Intestinorum motus peristalticus unde? Ubi considerantur primo ductus biliferi insertio obliqua. 2do fibrarum Intest: distinctio. 3. progressus faecum versus anum (ipso muci à sanguine in Intest: separatio) ubi valvularum fit mentio.
